

ALVEARE.

MÉHKAS.

Fundit cum nectare lucem.



Méhek' gondja viaszt fog majd ide hordani 's mézet:
Égve világít az; hasznosan édes emez.

II.

Cum Ephemeridibus Posoniensibus
edit

Paulus Kováts.

POSONII,
TYPIS HAEREDUM BELNAY.
1837.

Haec circum casiae virides, et olentia late
Serpilla, et graviter spirantis copia thymbrae
Floreant; irriguumque bibant violaria fontem.

Virg. Georg. IV.

M. ACADEMIA'
KÖNYVTÁRA

LECTORI BENEVOLO.

Postquam Alveare nostrum primo hoc quadrante anni — ultra expectationem — tantum incrementi cepisset, ut pars jam prostans mediocrem fasciculum constituat, hoc semestri opus bipartiri et novum fasciculum ordiri placet. —

Quo Marte ad metam currere, quove successu obstrictam fidem solvere nobis datum sit, aequi judicent Lectores. — Quamdiu opus — praenumerantium exiguo numero constricti — prosequi possimus, nihil certi polliceri audemus; conabimur profecto — etiamsi per medias duntaxat aut alternas philyras — illud continuare. — Utinam uberiori amicorum auxilio adjuti, tantillum in verum concivium bonum conferre valeamus! —

In seligendis argumentis — quantum in potestate nostra fuerit — a praestituta in Programmata norma nihil recedemus; et si forte quibusdam Alveare nostrum colore — quem linquere in consilio fuit — non undequaque immune esse videretur, liceat horum cum venia advertere: nos ferventiora partium studia, et iniquos in certa quaedam praejudicia affectus intellexisse, quae in scribendo coërcenda omnino existimamus, ut, iis exutis, nuda veritas et sana ratio illo, quo nos sumimus, sensu, fucato colore libera sit. — Caeterum non omnibus, quibus idem Religionem, Reges, Jura, Leges, al-

maeque pacis artes, velut publicae salutis fontes
venerandi et colendi animus, eadem quoque opti-
morum studiorum ratio ac mensura; sed

Cecropias innatus a pes amor urget habendi
Munere quamque suo. Grandaevus oppida curae,
Et munire favos, et daedala fingere tecta.

At fessae multâ referunt se nocte minores,
Crura thymo plenae: pascuntur et arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamque crocumque rubentem,
Et pingvem tiliam, et ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus
unus.

— — — — —
Praeterea Regem non sic Aegyptus, et ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hyaspes,
Observant. — — — — —

— — Magnisque agitant sub legibus aevum.
— — — — —

At quum incerta volant caeloque examina
ludunt,

Contemnuntque favos, et frigida tecta relinquunt
Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Virg. Georg. L. IV.

POLICINELLO' UTAZÁSA.

Műlattató Játék nyolcz jelenetben. — Eléadva a' mai világtól (1831.) a' holnap i világ' gyönyörgtetésére.

Beszélgető Személyek. Policinello. Doktor. Határőr. Közpénztiszt. Özszeírók. Művész. Kereskedő. Birtokos. Könyvnyomtató. Sírásó. Tanító a' tudományos Egyetemnél.

E L S Ő J E L E N E T.

Doktor. Policinello.

Doktor. El vagyok határozva, Policinello; senki tanácsára tovább nem hallgatok.

Policinello. Az én végzésem is, Doktor úr, ugyanaz; együtt megyünk.

Dok. Még is fájdalmasan esik elválnom hazámtól.

Pol. Nekem is könnybe borúlnak szemeim, ha rágondolok, hogy az én szeretett kedves Nápolyomat hagyom el.

Dok. De hogy' lehessen tovább maradni olly országban, hol semmi constitutio nem divatoz?

Pol. Valóban constipatio nélkül élni, kutyaélet. Azonban, mondja meg nekem, kérem: nem volt kezdetben constipatio sehol is?

Dok. Némelly helyeken mutatkozott valami, de — jól megértsd —

Pol. Értem. Nemde csak olyan van is nincs is, nyomorú apróságok, constipatiócskák? Most jó erős, izmos constipatio kívánatik, hogy egészséges, és kellemes legyen életünk. — Még valamit, Doktor úr: Nápolyban nem volna e semmi ebből a' constipatióból?

Dok. Épen semmi. Nápolyban az uralkodó, absolutus király.

Pol. Tudom, értem. A' királyoknak nem kellene absolutusoknak lenniük; hanem minden absolutio, 's communio nélkül maradniok teljes életekben. — Vagy mondja meg, mit kell érteni az absolutus király alatt.

Dok. Ollyant, a' ki önnön belátása, 's foghatósága szerint parancsol, rendel mindent, 's nem függ senkitől.

Pol. Né az ebellette! — Azonban a' varga parancsol boltjában, a' csaplár viskójában, a' gazda cselédi között; a' király is miért ne parancsolhasson a' maga országában?

Dok. Igen; parancsolhat; de a' törvények szerint.

Pol. Ahán! most nyílik fel előttem a' dolog teljes meggyőződésemmre. Jó, és rendes igazságszolgáltatás mindenkinek, nem pedig majd így, majd amúgy; ma igent mondani, holnap nemet. De, Doktor úr, nem épen illy módon kormányoz e a' nápolyi király? Ő törvényeket hoz, és azok szerint pa-

rancsol; ha elavúlnak, 's hasztalanokká válnak az előbbieket, helyökbe másokat hoz, 's ezekhez szabja parancsolatit, rendelésit.

Dok. Ez épen az, a' mi nem jó.

Pol. Miért nem jó?

Dok. Mivel nem ő a' fölség.

Pol. Mit hallók! Hát ki a' fölség, ha a' király nem az?

Dok. A' nép.

Pol. Ez már igen kívánatos, kedves dolog. Gondolom, ezt a' nép eddig nem is tudta.

Dok. Tudatlanságban vesztegett.

Pol. Lám, mennyire tudják ezt már a' Bononiak, a' kik erősen áttanulták ott iskoláikat. Bizony korán kezdetek olly sokat tanulni ezek a' zsiványgazok.

Dok. Bononia tudós város, nem is csuda; Egyetem diszlik benne; azért köz szóba ment: Bononia docet.

Pol. De fecsegjünk még egy keveset a' fő dologról. Ha fölség a' nép, ha nála a' főhatalom, úgy őt illeti a' törvényhozás.

Dok. Bizonyosan.

Pol. De nem kell e akkor bábeli zavartól tartani? Szokott mondás: mikor sok kakas-kukorékol össze, ne várj derüt. Azután, mit ért a' nép a' kormányzáshoz, a' törvényalkotáshoz?

Dok. A' nép mindent tud, és soha el nem téved.

P o l. Értem. A' fejedelmek tévedhetnek; mert tudatik, hol jártak iskolába: de a' nép, mellynek iskolái a' csapszékek, és bordélyházak, tud mindent, és soha nem hibáz. Így igen jól van. Hanem menjünk tovább: ha a' nép az, a' ki parancsol, ki tartozik engedelmeskedni?

D o k. Természetesen valamennyi.

P o l. O jéh! Mindenik parancsoljon, szótt is fogadjon mindenik! — Ha engedelmeskednem kell, mit ér nekem a' főség' üres neve? metszek a' főhatalommal?

D o k. Mint nép, főséges vagy, mint Policinello, engedelmeskedni tartozol.

P o l. Ha csak úgy van, nem igen várhatom, hogy a' parancsolhatásból sok jusson rám.

D o k. Miért?

P o l. Mivel bizonyosan ritkán fogok érezni magamban valamit népvalóniból; ellenben mindenkor látom, tudom, hogy én Policinello vagyok. — Doktor úr! emlékezik e még, miképen tanítottak minket egykor némelly philosophusok, feltalálni a' bölcsék' követ, és aranyat csinálni? Hangzott bezzegakkor: bele fúni, bele fúni! erősen, egymásután fúni! — 's mi, lélekszakadtan, alig lihegheténk szűrő lombikunknál; végre majdnem koldusbot leve jutalma fáradozásunknak, 's aranyászásunkkal legyeket fogtunk arany helyett. Nem akarnám, hogy a' nép-

főség is lélekzetünk' fogyasztásával végződ-
 nek utóljára.

D o k. A' bölcsek' követélebb fel kellett
 találni; a' nép főség pedig már meg van lelve.

P o l. Nem rosszszúl; ez már valóban
 szájam' ízére van. De voltaképen hol lap-
 pang hát ez a' népfőség?

D o k. Mí mindnyájan magunkban vi-
 seljük azt.

P o l. Én már kiszimatoltam minden
 zsebeimet; de nem valék szerencsés egy cza-
 fatkát is lelhetni belőle magam körül.

D o k. Együtt jó velünk a' világra.

P o l. Sok babákat láttam én már jöni
 e' világra. Mind meztelenek voltak, mint a'
 giliszták, és sehol sem láthattam rajtok a'
 főség' jelét: hanem ha talán valamely zug-
 ban lappangott volna bedugaszolva. — —

D o k. Kedves Policinellóm, mi még
 nem vagyunk erről jól értesítve: de a' nép-
 főségnek tagadhatlanúl kell létezni. Ezt a'
 Bononiak is állították.

P o l. Hát bizhassunk ezekben a' tétova
 ugráló szökcseeszűekben?

D o k. Mit beszélsz? Ők egy' nagyhírű
 tudományos egyetemnek tanítványi.

P o l. Jól van; de, mint hallám, olly
 bakot nyúztak végre, mellyen még az ábéczés
 gyermek is pirúlt volna.

D o k. Ha botlottak, annál rosszabb
 reájok nézve. Mikor eléjő majd az oskola-
 mester, vesszszövel fognak lakolni botlások-

ért. Hanem, Policinello, minden esetre el kell utaznunk, mivel ezen országban nem élhetünk tovább.

Pol. Úgy van biz' az, igen úgy van; Doctor úrnak szava igazat tart. Ördög szántotta rossz országa! Itt, a' ki nem dolgozik, nem is eszik; a' ki adós, annak fizetni kell; a' ki ostobaságból valamelly visszaadásót talál félre szalasztani száján, nyomban ott éri a' büntetés; a' ki lop, már nyitva előtte a' börtön, 's ennél még több is éri néha. Röviden: merő kétségbeesés ilyen élet.

Dok. 'S' a' mi legfőbb, itt el nem ismertetik a' nép' fősege.

Pol. Igaz; ezt még itt lyukából senki sem ugratta ki.

Dok. És a' király teljes önhatalommal parancsol, és rendel mindent.

Pol. Úgy vagyon: a' király mindég király, a' szegény Policinello pedig mindég csak Policinello marad.

Dok. Költözzünk hát innen minél előbb.

Pol. Menjünk!

Dok. Rajta!

Pol. Egész elszánással.

Dok. Isten hozzád, te rab haza! mi a' szabadság' országába megyünk.

Pol. Isten hozzád, édes kedves Nápolyom te! minden jó izű maccheróniddal együtt. Mi itt hagyunk téged, hogy új constipatioval töltözködjünk.

(Folytatása következik.)

Libertas quam putamus.

Die 7-ma Februarii anni l. coram tribunali regio (Kings-bench) Londini comparuit D. Stockdale — ut actor — contra fratres Hansard, typographos Curiae Ablegatorum — ut incusatos — mulctam 20.000 l. sterl. resarcitionis instar postulans pro illata sibi injuria per relationis, quam inspectores carcerum, per inferiorem Curiam pro hoc denominati, comitiis praestiterunt, una cum caeteris Curiae actis typis editionem. — In relatione illa dicitur, quod in cubilibus captivorum in Newgate inter alios absurdos libros aliqui etiam a D. Stockdale editi inventi sint „cum obscaenis et indecentibus imaginibus“. — Accusati absolvi postularunt (pleaded not guilty) et cum recriminatione adseverarunt, sententiam, in relatione de obscaenis imaginibus depromptam, caeteroquin veritati inniti. — Illud tamen defensionis argumentum, quod typis procusio relationis, quoniam a Curia inferiore praecepta fuerit, incusari nequeat, a iudice repudiatum est. — Actor causam ipse egit, merita, quae regno praestiterit, exponens, demonstrare conabatur, libros in quaestione positos, scientifici generis, et imagines exprobratas ad explicandum textum necessarias esse. Generalis Procurator, incattis adsistens, actorem praecipue propter libros foedos culpabat; caeterum adstruebat, procusionem a-

ctorum comitialium pro libellis famosis haberi non posse, et dein sententiam in memorata relatione de libris illis depromptam omnino veram esse (exceptio veritatis). Ad primum assertum suffulciendum adduxit: investigationem carcerum decreto comitali susceptam fuisse, et impressionem relationis ac venditionem jussu pariter Curiae intervenisse.

Lord Judex (Judex Curiae R.) adseverabat, se haud existimare auctoritate Curiae inferioris jus cuiquam conferri posse ad libellum famosum adversus quempiam typis edendum et vulgandum; alia prorsus foret ratio, siquid Curia in suum duntaxat usum imprimendum curaret.—His in obversum, et ad praemissum assertum suum propugnandum Generalis-Procurator ostendere conabatur: quemadmodum Ablegatorum Curia actorum suorum, quo fieri possit, levissimo pretio procusionem ac divenditionem expresse praeceperit, imo fratribus Hansard tamquam obligationem injunxerit.

Postquam testes interrogati fuissent, et actor denuo auditus, Lord Denmann (supr. Judex) se ad juratos Judices convertens eos monuit, ut omnem attentionem ad haec determinanda dirigant: 1) an accusati revera famosum libellum vulgaverint; 2) an publicatio haec injuriosa fuerit. — Quod tertium punctum adtinet, quod scilicet publicatio haec privilegiis Curiae inferioris tuta ac licita praestetur, declaravit, se opinioni Generalis-Pro-

curatoris directe contradicere debere. „Non mihi — inquit — constat personam quamque aut potestatem in hoc regno existere, quae adversus quempiam libellos famosos edendi jus cuidam tribuere possit; et qualiscunque demum inter Curiam Ablegatorum et typographos sibi obstrictos (accusatos) adsit conventio, nihilo minus is, qui contumeliosos et existimationi noxios libellos in tabernis venui exponit, a quocunque lacesito Regis subdito postulatus, in jus adire ac respondere obligatur.“ —

Post unius horae deliberationem Juratorum Judicium, sententia sua quoad primum punctum actori adstipulabatur: publicationem quippe saepe memoratae relationis pro libello famoso habendam; respectu vero alterius puncti accusatis jus addixit, declarans, libros, in quaestione vertentes, re vera obscaenos, indecentes, et foedos esse. — Sensus itaque recti ac justi tam apud Judicem Curiae R. — qui, uti publice constat, factioni liberalium addictus est, — quam etiam apud Juratos monstruosum illud moderni juris publici principium, de omnipotentia Comitiorum, de majestate populi per Repraesentantes exercita etc. manifeste repudiavit, ac palam publice declaravit: jus sublimiori loco esse, quam cunctae ejusmodi potestates, neque apud singulum quemque illud violari posse. — Ex hoc

— e veneranda adhuc veteri Angliae constitutione haereditato — recti ac justis sensu spes concipi posset fore, ut pari prorsus ratione, quemadmodum jus bibliopolae Stockdale, etiam jura Procerum, Ecclesiae, Universitatis etc. tamquam Comitiorum decretis sublimiora, sancta et ab omni arbitrio immunita habeantur. At proh dolor! perverso id revolutionis spiritui concessum, ut is mortalium ideas, in exilibus adhuc claras, in maximis et gravissimis negotiis confundere et pervertere possit. * e B. P. W. B.

Seminaria Cleri junioris in Gallia.

Minister Justitiae nuper conspectum Seminariorum Cleri junioris per totam Galliam die 1-ma Januarii 1837 Comitibus substravit. Unde patet, in 80 Galliae dioecesisibus 121 seminaria, inque iis 16.619 alumnos dari. Numerus itaque horum legale Maximum 20.000 nondum attingit. Plurimi alumni sunt in seminariis Burdigalae (300) et Tolosatii (280). Seminariorum 106 erogationes regulatae habentur, efficiuntque 4 milliones 215.300 fr. Proinde pro singulo 39.767 fr. obveniunt. Perceptiones eorundem anno sup. 4.015.110 fr. constituerunt, itaque aerarium publ. 200.190 fr. supplere debuit.

* e W.

Disciplina milit. ubique necessaria.

Paginae „Journal des Debats“ relate ad decretum, quo Officiales, protestationem contra Mareschalli Clauzel relationem subscribentes, exauctorantur, haec declarant: „Non agitur hic de opinione super eventibus, in Mareschalli Clauzel relatione attactis, depromenda; id interim exploratum manet, quod si Colonellus contra Generalem protestatur: Centurio contra Colonellum, miles contra corporalem protestabitur, et sic actum erit de obsequio, de disciplina et de omni potestate militari. Quivis itaque severitatem justam Ministri belli hoc respectu probare ac laudare debet. * e W.

Russia. Decreto Commissionis Ministrorum altiori etiam loco adprobato Communitatibus graecis uniti ritus, item Romano-Catholicis, Armenis et Protestantibus, quae mediis aedificandarum e lapidibus ecclesiarum destituuntur, ligneas exstruendi potestas datur. * e B.

Universa classis gallica 1. Jan. a. l. censebat 51 naves longas, 63 celoces, 22 bellicas corvettas, 9 exploratorias corvettas, 29 bellica navigia minora brigg, 20 ejusdem generis exploratoria, 1 goelettam, 8 projiciendis globis fartis, 4 pyrobolaria brigg, 18 kutter dicta, 31 naves vaporarias etc. * e B.

Episcopus Zagradiensis †.

Zagrabia. Excellentissimus D. Episcopus Alexander Alagovich, S. C. et R. A. M. Act. Int. Status Consiliarius, S. Theologiae Doctor et Abbas B. M. Virg. de Topuska, Incl. Cottus de Berzencze Supremus et Perpetuus Comes et Exc. Banalis Officii in regnis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae Reg. Locumtenens, aetatis anno 77. ex apoplexia mortuus est.

R e j t é n y.

Nagy böcsü kince; dús vagy, ha birod, 's léssz
boldog örökre.

Nyelvünkön nem rég' lépe divatba neve.

Ránts bele egy sziszegőt közepén, 's olly szerre
cserélted,

Min, ha dagad, vig vagy; bús, ha laposra lohad.

L o g o g r y p h u s.

Praescribo normam, qualis qui vivere debet

Ex Bachi sociis, qui sine fine bibunt.

Ex me litterulis abjectis fine duabus,

Tangere tum partem lector amate potes;

Nam mea vox totas Hunnorum permeat Urbes

Cumque jocis fingunt splendida facta mihi.

Jos. Emmanuel. C. Kasz.

POLICINELLO UTAZÁSA.

(Folytatás.)

M Á S O D I K J E L E N E T.

Doktor. Policinello. Határőr.

Dok. Ímé, köszönthetjük már a' szabadság' áldott honát.

Pol. Igen: de ugyan hágy darab utat is tettünk eddig.

Dok. Mit tartasz te erről a' szép országról? Nemde itt még lélekzetet is sokkal szabadabban veszünk?

Pol. Valóban igen kellemes szívni itt minden égtájról a' levegőt.

Dok. Bezeg más, és szebb színben van itt minden, mint a' mi elhagyott nyomorú Nápolyunkban.

Pol. Természet szerint; Nápolyban olly rekkenő volt a' hőség, hogy majd megfűtünk benne; itt a' constipatio' szele különös hivességgel fuval reánk.

Dok. Úgy vagyok, mintha érezni sem tudnám már olly földről jöttömet, a' hol absolutus király uralkodik.

Pol. Én pedig észre sem veszem, hogy excommunicált ország volna ez, a' hova beléptem most.

Dok. Lassan; im a' határőr itt. — Szabad e bemennünk a' szabadság' országába?

Pol. Szabad e a' constipatio' áldott földjét lábunk' hegyével érintenünk?

Határőr. Honnan jöttök?

Dok. Nápolyból.

Hat. A' szabadság végett történt e kivándorlástok?

Dok. Épen azért. Elhagytuk hazánkat, hogy ne kelljen teljes hatalmú király alatt élnünk.

Hat. Úgy hát csak térjetek be. Kedvetekre tördelhettek itt ágat minden fáról. Francziaország kész fogadója minden szabad férjfiaknak.

Dok. Úgy nagy öszszefutásnak kell itt lenni.

Hat. Képzелhetitek. Spanyolok, Lengyelek, Németek, Pedemontiak, Bononiak, minden népsepredék, mellynek nincs otthon mit rágnia, valamennyi kalóz, tekerő van a' világon, mind ide tolakszik most, hogy a' franczia vendégszeretésnek takargatása alatt táplálatot, és enyhet vegyen.

Dok. Hogy' lehet annyi tömény népet eltartani?

Hat. Maga tartja magát; a' kinek van valamije, míg utolsó fillérét el nem költi; mikor már ingig ki van mindenéből fogyva kopva, akkor a' nagy nemzet segíti ismét lábra. Ugy beszélük, hogy mindenik naponként harminczkét fillért kapand.

Pol. Derék! Ki ne hagyná el örömet hazáját, nejét, gyermekeit, jóbarátit, még némi ruharongyait is, hogy magát a' naponkénti harminczkét fillérrel jóéletre juttassa?

D o k. Ez mégis sokba kerülhet az országnak.

H a t. Franciaország, nagylelkű, 's a hol illy szent ügy forog fenn előtte, keveset gondol a' költségekkel.

P o l. A' francziáknak jól forgottaknak, 's kitanultaknak kell lenni a' gazdaságban. Mikor olaszországban voltak, úgy elvettek, 's vittek mindent, a' mit leltek, hogy alig hagytak magok után egy tügömböcskét.

H a t. Ha a' nagy nemzet nagy éhvágyot érez néha, igaz, jól tud falni: de a' mit elvett az olaszoktól, azt most nekik gazdagon helyreüti, 's valóban olaszországnak színe van most itt egybegyűlve a' naponként járó harminczkét fillérnek kikapása végett.

D o k. De mindezekkel mit akar végre az ország tenni?

H a t. A' mit teszünk a' kövekkel; ezeket a' rosszsz ebek' fejéhez hagyitjuk. Franciaország erős tanítmányaival, és dicső revolutiojával az egész emberi nemzetnek adott mit szagolni, 's jól tudja, hogy minden uralkodók örömet agyára vernének. Hogy ezen ártalmas gondolattól eltartóztassa őket, gondja van, azoknak tulajdon házuknál is támasztani egy kis tüzet, melly végre mindenkor készek ezek a' szökevények kénköves gyújtó metélékül szolgálni neki.

D o k. Ez bizonyára igen bölcsen, 's szeretettel teljesen van kigondolva. — Egyéb-

iránt nem tarthat, úgy vélem, sokáig illy ellenséges állása egygy országnak valamenyi ellen, 's előbb utóbb el kell csakugyan a' dolognak valamely módon igazodni. Mit teend akkor Francziaország ezekkel a' szabadsághajhászokkal?

Hat. A' mit tenni szoktak a' régi kalendáriomokkal. Értitek e?

Pol. Értjük, igen jól értjük: ez a' határozás olaszország' válogatottira igen helyesen van feltalálva.

Dok. Azalatt ezeknek a' szegény szökevényeknek a' dologtalan élet mellett sokáig kell még unalmaskodniok.

Pol. O, erre is volt bizonyosan gondolja a' nagy nemzetnek, 's épen azért, hogy ezeket a' becsület' jeles hőseit meg ne lepje a' komorkórság, a' Török ellen fogja őket azonban táborba szállítani; sőt néhány kitünőbb szabadelvűeket még több nagylelkűséggel különböztetni meg az által, hogy az asztalpenz' kimélése végett majd kalitkába zárja őket.

Dok. Valóban nem tagadhatni, hogy a' francziák mód nélkül nagyon kedveskedők, valamint azt sem, hogy ezek a' számkihányottak igen becsületesen, okosan, és valódi hősökhez illően viselik itt magokat.

Pol. Ör úr, legyen annyi szivességgel, 's mondja meg nekünk, ha tarthatunk e mi is a' harminczkét fillérre számat?

Hat. Felzendültetek e fejedelmek ellen? Öltetek e meg néhány ministert orozva? Támasztottatok e valamelly derék zavart honotokban? —

Dok. Ah, Isten őrizzen ettől minket! eszünkbe sem jutott illyekre vetemedni.

Pol. Megmondjuk, hogy' állanak a' dolgok nálunk. A' nápolyi király fiatal ember, vidám kedvű, szeret enyelegni, és mivel nem régiben némelly Palermói fiatalok lázadással akartak egykis tréfát üzni, a' király viszontagolni kívánván a' tréfát, mintegy tizenötöt fejbe lövetett közülük: mi tehát vígyázókká tetetvén, azt gondoljuk, hogy illyen eszelőség nem is illene jól hozzánk, nem nekünk való.

Hat. A' mint látom, tí nyúlak vagytok; a' harminczkét fillér nem illy hitvány embereknek való.

Dok. Mit tegyünk hát, hogy élhessünk?

Pol. Ki fizet helyettünk?

Hat. Dolgozzatok, 's így keressétek be kenyereteket.

Dok. Egy Doktor, a' ki a' teljes hatalmú fejedelemség' kerüléseért futott ki házából, a' szabadság' honában éhel haljon e?

Pol. Egy főséges Policinello teherhordó legyen e, hogy magát táplálhassa? — Ha csak így tálalnak itt, jobb lett volna nápolyban maradnunk.

Hat. Mehettek tovább, vagy maradhattok, vagy vissza is fordúlhattok, a' mint tet-

szik. Francziaország pártfogol ugyan minden vakmerő merész sohonnákat: de a' gyáva nyúlaknak nem tudja hasznát venni. Járjatok jó egészséggel ti szegény tökfek.

Pol. Doktor úr!

Dok. Policinello!

Pol. Nekem eláll szavam bámultomban.

Dok. Nekem lefordúl orromról pápaszemem.

Pol. A' kezdet nem igen víg.

Dok. Lelkesedjünk neki, menjünk tovább. A' harminczkét fillér el van ugyan vesztve; de nekünk nem is volt adós az ország vele. — Ebben a' szabadság' honában majd csak akadunk más, és bővebb hasznokútfőkre is.

Pol. Rajta tehát! haladjunk előre, 's lássuk, mi fog végre ezen nagy hírű constipatiából kibugygyanni.

(Folytatása következik.)

Status vaporariae navigationis in Hungaria

1 8 3 6,

In generali congregatione caeo-regiae priv. societatis navigationis vaporariae 13-a Februarii a. l. Directio (cujus membra sunt: BB. Joan. Puthon, J. Henr. Geymüller, Adolph. Friesenhof, Joan. Sina, tum J. Benvenuti) praelegit relationem, ex qua facti

anno elapso per navigationem vaporariam progressus clare perspicui possunt, cujus summam etiam in Alveari nostro ideo communicandam ducimus, quia neminem in patria esse censemus, qui non maximum e simili realis culturae et verae prosperitatis profectu caperet solatium. —

Anno praeterlapso vaporaria navigatio danubialis felici successu continuata est. — Gravius incommodum unum tantum intervenit, quod scilicet nova, a caeteris navibus diversa ratione constructa, 180 pedes longa et 80 equorum vi pollens vaporaria „Árpád“ in vado ad Vajk aliquamdiu subsederit; quae 18. Octobris 1836 e navali budensi excurrit, e gravibus rationibus adhuc 1836 experimentum factura, ut inde calculus ulterior deduci possit. Humiles Danubii aquae parum spei dabant, interim solutae repente nives aquas plurimum auxerant. Hoc eventum in rem utens „Árpád“, celeriter Posonium adpulit. Subsidente interim repente aqua, „Árpád“ festinavit reverti, ad Vajkam tamen in vadum impegit, quod, quum capitaneus non secus, quam caeteri nautae bene lecti et dexteritate insignes fuerint, mutatis duntaxat subito rerum adjunctis tribuendum. „Árpád“ magno nonnisi labore accurrente in auxilium „Nádor“ et 50 equorum conductorum ope e loco discriminis liberari potuit; hac opportunitate laudabilis sane Illustrissimi D. Comitis St. Séchenyi in-

jicienda memoria est, qui per octo taedii et laborum plenos dies navim haud deseruit, sed eximia animi fortitudine et virium contentione caeteris exemplo praeiens, interpellatione sua a vicinis auctoritatibus strenuum auxilium obtinuit. — Ingratum hunc casum splendidi hoc anno vaporariae navigationis progressus facile obliterabunt. — Societas inter suos itinerum hospites censuit hoc anno Serenissimum Caero-Regium Archiducem D. Regni Palatinum et Comitibus cum tota Serenissima Familia et omnibus suis aulicis Posonio Pestinum navi „Nádor“ revertentem; tum Sultanum Mahmud, qui Nicomedia Constantinopolim vaporaria „Maria Dorothea“ iter fecit, qui eventus, quoniam favores Sultani erga institutum hoc demonstrat, novam navigationis vaporariae epocham constituit. — Caeterum quoad futuros laetos effectus maximi momenti est per altissimum decretum constituta „Caero-R. centralis vaporariae navigationis danubialis Commissio sub praesidio Cels. Principis a Meternich“; nam diversorum dicasteriorum superiorum, quibuscum scilicet societas vaporaria danubialis frequentissime ad agendum habere poterit, membris hac ratione in uno loco centrali junctis, celerrima gubernatio et negotiorum administratio sperari poterit. — Primum argumentum, quod administratio memoratae centrali commissioni proposuit, fuit conventio scopo conformis cum regia bavarico-wür-

tembergica navigationis vaporariae societate inita. Exoptandum quippe, ut dicta societas quantotius Ratisbona itinerantes promoveat, sicque infra Linczium vaporaria navigatio tanto frequentior reddatur. Navis una mox parata erit, quae calculo praevie inito sufficiente vi pollebit adverso flumine itineris impedimenta superandi, secundo autem per profundiores aquas delabendi levitate necessaria praedicta sit; — qui eidem adhuc obstant obices, sunt pontes, sed etiam hi jussu gubernii inferioris Austriae certo certius aperiuntur. Si spes non fallit, vaporaria navigatio in hac Danubii parte laetissimum societati progignet successum, in primis si regulatio Danubii ad Vindobonam, tamdiu jam agitata, sufficientem aquam in canalem metropolis immiserit, ut vaporariae naves usque pontem Auensem procurrare possint; quia societas hucusque etiam cum dolore sensit, quantum facessat incommodi remotus ad extremum angulum insulae Praeter exscensionis locus. In dictum finem aedificata navis nomen Majestatis „Imperatricis Mariae Annae“ geret. — Quum vaporariae „Francisci I.“ reparatio tam velociter, ut opus erat, absolvi non potuerit, administratio „Pannoniam“ misit infra Portam ferream, quae inde a 16. Junii dextram (turricam) Danubii ripam legebat. „Pannonia“ pro incolis illius regionis novum fuit phoenomenon, parum itaque ejus ceperant usum,

sed credibile est, utilitatem ejus paullo post perspectum iri. Exteri peregrinantes frequentius ea utebantur, et tam hujus, quam „Ferdinandi“ servitiis plene contenti fuere; exceptis querelis, quae adversus obices, celeritatem itineris impediētes, obmotae sunt. Scilicet inter Skelagladovam et Drenkovam, ubi vaporariae decurrere nequeunt, illa Danubii pars est, contra quam querimoniae directae fuerunt, et quidem merito: quia cuncta ea, quae societas ad defectum hunc sarcindum praestare potuit, nec suis propriis quidem votis satisfecerant. Si interim itinerantes in illis locis sufficientem commoditatem haud inveniant, circumspicientibus innumerae, quibus societati colluctandum est, difficultates, in loco fere deserto, ubi institutum contumaciae et plurium regnorum limites conveniunt, illico in oculos incident, et re ipsa major peregrinantium pars excusationem ratam habuit. Cura interim societatis eo dirigetur, ut anno futuro in illis partibus scopo convenientissimas emendationes suscipiat. Quam vero repente locorum, cum vaporaria navigatione in contactum venientium, sors in melius mutetur, testantur Orsova et Skelagladova, quae loca vix suis regiminibus antea nota, uno tantum alterove pariboum jugalium provisa fuere, nunc jam ducentis plura numerant; similia mutationis vestigia praebent rupestria ad ripas loca, in quibus hucusque tantum aquilae nidificarunt,

quaeve nunc unice navigationi vaporariae prosperitatem suam debent. — Praefecturae telonialis in locis limitaneis agendi ratio necessario accuratissima esse debet; at societas formalitates quaspiam, cum magno temporis dispendio conjunctas, observavit, quas loco altiori insinuavit, speratque hoc obtutu scopo magis congruas dispositiones factum iri. —

Lithantraces, prout cuique notum est, vaporariae navigationis animam constituunt, et ideo administratio omnem suam attentionem eo convertit, ut optimae qualitatis minimo, quo licet, pretio comparentur. Hucdum e tribus fodinis obtenti sunt, nempe e brennbergensi (ad Sopronium) mohacsiensi et oraviczensi: ex hac omnium optimi eruuntur, qui igitur pro navigatione adversum flumen (Bergfahrt, folyamelleni) convertuntur. Vi novissime initae cum Supr. Caesareo-R. Consilio Bellico conventionis nova lithantracum fodina Eibenthaliensis in districtu confiniariae legionis valachico-illyricae aperta est in usum societatis, eruti hucdum hujus fodinae lithantraces non sunt quidem scopo ita ut oraviczenses idoneae, sed per culturam diligentem ad meliores perventum iri spes est. Pretium condignum verisimiliter ad plures adhuc fodinas detegendas animabit: sic Moldavia galacensia promptuaria sufficientibus lithantracibus providet, quamquam pretio hucusque justo majori (50 xr.

c. m. centen.) In superiori Austria jam exstat fodina ad dispositionem societatis, et facta iteratim experimenta docebunt, quae-
nam sit optimos lithantraces suppeditura pro navigatione linczensi. In vaporariis maritimis anglici lithantraces adhibentur, praevio calculo pro anno 1837: 263.000 cent. requiruntur in valore 190.000 fl. c. m. Ex anglicis lithantracibus vilissimi pretii centenarius 24 xr., carissimi autem 1 fl. c. mon. constat. Fodinae lithantracum in Dalmatia detectae attentionem merentur, et ejusmodi culturam deponunt, qua profunde jacentes venae eruantur, quemadmodum in austriacis. His obtentis naves Societatis, omnesque maris Mediterranei navigia vap. magna sollicitudine liberabuntur, erutique in Dalmatia lithantraces levioris pretii materiam ignis suppeditabunt, quam anglici sint. —

Machinae Societatis inde ab exordio e magna Dni Boulton Watt et sociorum officina sohoensi prodire, cujus praestantiae tribuendum, quod nullum hucusque e machinis incommodum acceptum sit; Lebes solummodo „Mariae-Dorotheae“ igne perustus inexcusabili inspectoris incuria vitium accepit. — A quo tamen tempore in imperio Austriaco vaporariarum machinarum fabrica erecta est, et DD. Flechter et Punshon in usum Caes.-Regiae Supr. Consilii bellici laude dignas machinas subministrarunt, Administratio consultum esse putabat, ut necessa-

riam ad primam remulci navim (remorqueur) machinam, 140 equorum vi pollentem, apud eosdem fieri curaret: primum ideo, ut domesticae industriae adeo necessariae prosperitatem promoveat, et documentum edat, quanti sit momenti relate ad communem industriam nationalem singularem, ast magnum industriae ramum protegere, qui plurimos dein alios auxiliares industriae ramos excitare consuevit; secundo: quia machinarum anglicarum pretium propter continuo crescentem eas quaerentium frequentiam in dies augetur; praeterea necessariae quandoque reparationes facilius hac ratione domi suscipi poterunt, simul autem quoad naves danubiales graves advectionis expensae evitantur; tertio: quia in similibus officinis, machinarum in navi curatores (machinistae), quos in Anglia maxima licet mercede vix invenire est, educantur. — Etiam quoad aedificationem navium efficacia suscepta sunt consilia. Navale, in insula vetero-budensi ad scopum adaptatum, pro struendis ac reficiendis navibus idoneum omnino est. Locus, qui antea limo oppletus ac vadosus fuerat, Serenissimo Caero-Regio Archi-Duce Palatino annuente, ope repurgantis navis „Vidra“ profundius excavatus est. Inde primum resecta ex toto „Franciscus I-us“, dein vero 18-a Oct. a. p. „Árpád“ nova vaporaria excurrerunt, — memorabilis hic profecto eventus est, neque ullimum in historia laetae efflorescentiae ci-

vitatum Budensis ac Pestiensis locum mere-
tur! — Directio quidem hoc facto illo com-
modo privatur, ut aedificationi navium sub
oculis suis susceptae propius invigilare pos-
sit, ast aliud longe majus per hoc obtinetur
commodum: omnes scilicet vaporariae hye-
mem in portu Vetero-Budensi transigunt,
ubi itaque omnia, quae ad earundem cu-
stodiam et refectionem requiruntur praesto
sunt.

(Continuabitur.)

Liberalium Ministrorum liberalis tractatio.

Notum est, quam indigne Minister rei
aerariae D. Mendizabal Madriti per suos o-
lim amicos jam iteratis vicibus habitus sit:
missis aliis per famosum Garciam, dein per
duos Officiales, novissime per catervam, dum
e domo quadam, quam frequenter invisere
solet, prodiret, impetitus; semper au-
tem adcurrentibus duntaxat praesidiariis ex-
cubiis e manibus adgressorum, eripi et phy-
sicis insultibus subduci debuit. Fertur se-
cretam e domo sua portam, ut tutius inde
clam prodire possit, aperiendam curasse. —
Jam Dnus Rodrigues Vera, minister nuper
belli, adhuc in munere constitutus ad seri-
em devenit, de quo Generalis Narvaez in
publicis paginis sic loquitur: „Sua Excellen-
tia itaque foedissime et abjectissime menti-

tur, et se praeterea hominem esse infamem docuit, quum me absentem, et, quod plus, captivum bona existimatione exuere voluit. Si enim D. Rodriguez Vera quidquam e viri honesti dotibus haberet, una scire debuisset honorem captivi, quousque sententia lata non est, sanctum esse debere.“ Similibus urbanitatis contestationibus liberales Ministri a liberalibus honorari solent. Difficile profecto est decidere an supra indicatae missiles, vel reales, quas D. Mendizabal degustavit, injuriae, via facti illatae, dignitate horum rem publicam gerentium virorum magis convenientes sint? interim quovis sub obtutu idmodi rerum status, in quo similes eventus emergere possunt, observatorem quemvis horrore atque abominatione repleant, est necesse. Verum quidem est, antea etiam quandoque accidisse, ut Revolutionis Ministri, postquam exauctorati essent, proscriberentur, vel etiam in pegmate (guillotine) capite plecterentur; ast ut, adhuc in munere constituti, et publica auctoritate pollentes, corporalia incommoda, vel alias publicas contumelias experiri cogantur, res profecto in ipsa revolutione nova est. * e B. W.

Capitularis Gen. Vicarii Zagradiensis electio.

Post mortem Episcopi diaecesani Zagradiensis, interea donec per Caesaro-Regiam Apostolicam Majestatem Episcopus rursum

b. denominabitur, ut moris est, Capitularis gen. Vicarii electio 23. Mart. suscepta est, quae in Ill. Episcopum Belgradiensem et Semendriensem Jos. Schrott cecidit, ei itaque interim gubernium dioecesis Zagradiensis creditum est.

Rendkívüli Husvéti ünnep.

Hogy Méhkasunkban is legyen nyoma ezen különös idő változásnak, melly jelen évünket bélyegezi, 's hogy e' tavasznak nem közönséges beköszöntését kevés de eleven színekkel eléadjuk, következő levél töredéknek itt helyet adni méltónak tartjuk: „Nagy héten nálunk is szüntelen havazott, folyvást szánkáztunk is. Husvéti ünnepekre szánkán vitettem Sárosfára (Csallóközben N. Bittó uri családé). Legszörnyebben sodrotta az éjjeli forgószél és fergeget a' temérdek havat halmokba Husvét Hétfőre virradóra. A' fuvatok olly nagyok voltak, hogy reggel alig áshattuk ki magunkat az utczára; 's nagy rémülve kiáltá a' templom' atya: „jaj, Istenem, nincs templomunk!“ — Ugyan is a' kis gömbölyű kápolnának csak alig láztott ki keresztje a' hóból. Mindnyájan tehát: Ur, Aszszony, Kisaszszony, Szolga, Barát, 's ki csak mozdulhattott lapáttal, ásóval az össze ormosodott kamcsadáli havasok ellen egy szívvel 's lélekkel törekedtünk; bizony már dél is lehetett, midőn a' Templomba nyílás lön. Azonban annál buzgóbb volt a' maroknyiné, mennél veszélyesebb volt a' templomba jutás. Az isteni tanítás tárgyán Sz. Pál ezen igéi szolgáltak történetből: „„A' mi Husvétünk bizony nem egyéb a' szabadulásnál.““ — ezt nem volt szükség bőven vitatni, mivel maga a' ritka történet a' dolgot bebizonyította.“ 'sat.

Rövid értékezés

a' sajtószabadságról.

Valamennyi szabadságokat követel körünknek istentelen philosophiája, azok, igaz, és helyes szempontból tekintve, mind arra való, hogy a' fogalmak', és dolgok' rendszerét elforgassák, 's ez által egyenesen az emberiség' romlását vonják magok után.

A' kormányi, 's polgári szabadság ennek a' philosophiának értelmében nem egyéb garázda szilaj kénynél, mellyel lábbal lehessen tapodni minden törvényeket, ledönteni, széthányni minden kormányokat, fejetlenségben élni, és az elrémült világnak játszószíneén a' dicső napokat, valahányszor kedv poszszan rá, és szeszély pesdül, mindenkor, és mindenütt eléujítani.

A' lélekismeret' szabadsága felszabadítás az Isten', és természet' törvényeinek büntetlen átalhágására, 's olly életmódra, millyen a' sárban heverő, 's turkáló sertése, vagy a' tág mezőn szökdöső kaczer baké.

Az isteni szolgálat' szabadsága annyi, mint Istent az ördöggel párosítva egy léptsőre állítani, a' keresztények' szentségét a' hajdani Egyiptusiak' hagymáji, egerei gyanánt tekinteni, mindenek fölött pedig a' Megfeszítettnek festett, vagy faragott képeit összerombolni, széttördelni, és a' vallás' szolgáit üldözni, mocskolni, útaltatni.

A' vélemények' szabadsága végre olly jog, mellynél fogva lehet a' tévelygést igaznak tartani, a' gonosztságot erénynek nevezni, a' józan emberi ész' vezérletét félre rugva, egészen csak a' testnek élni, és a' buja indulatok' fertelmei közt baromkodni.

Mind ezek a' szabadságok nagy kincsre tetemesedtek a' philosophia' tárházában, 's elég erőssé tették a' tulajdonost uralkodásának folytonos tágasítására. De a' philosophok emberszeretésökhöz, vagy, jobban mondva, tettetett emberbaráti gyengéd érzélgésökhöz képest nem eléglék a' lassúbka terjedetet; sebes vágztatva kívántak előbbre haladni. A' mirígyet majd nem egy perczben akarák a' földnek minden zugaiba széllyel terjeszteni, minden királyi székeket, minden oltárokat egyszeriben lerontani, és, ha lehetne, az egész emberi nemzetet egy pillantat alatt megdögsíteni, vesztegetni. Azonban ezt a' nagy czélt csak a' sajtó' szabadsága teheté elérhetővé; ugyan azért elvégzé a' philosophia, hogy ez is az embernek természeti jogai közé számláltassék, 's a' ki merészlené ezt sérteni, iszonyúbb tirannak tartassék, mint Herodes, ki az ártatlan csecsemő kisdedeket felkonczoltatta.

Ha tiszteljük, ha becsben tartjuk még az igazságot, maga a' természeti okosság kárhoztató ítéletet mond erre a' szabadságra, 's világosan mutatja, hogy már magában ebben az egyben mind be vannak foglalva a'

többi szabadságok is valamennyi visszaéléseikkel, túlságaikkal együtt. De a' mi időnkben nincs többé okosság olly értelemben, hogy az okosság a' mi időnkben nem az az általános helybehagyás többé, mellyel az emberek készek volnának hódolni az igazságnak, ha ezt abban a' természeti világosságban tekintik, mellyet az Alkotó' lehésegűjtött belsejekben. Mi időnkben a' philosophia' csélesapsága, 's az a' vakmerő szemtelenség tartatik okosságnak, mellyel ez az arczátlan a' józan elmélkedésből folyó származékokat makacson tagadja, és a' legnyilványságosbelvekből is olly ribancz, és képtelen következményeket rángat elé, mint ha azt mondaná valaki: kétszer kettő öt.

A' józan okosság így szóllott hajdan: eszementnek kezébe nem kell égő szövétneket adni, nehogy az egész házat felgyújtsa, 's elégesse; a' mai philosophusok' okossága pedig azt mondja: minden bolondnak szabaddá kell a' sajtót hagyni, hogy a revolutio' tüzeit a' világnak minden részeire szét-szórhasa.

A' józan okosság így tanított hajdan: ki kell az örültnek kezéből ragadni a' handsárt, nehogy azt a' maga, vagy mások' vesztére fordítsa; a' mai philosophusok pedig így okoskodnak: minden elszánt eszelős gonosznak kényére kell a' sajtót eresztetni, mellyel fel-dühítse, 's oda ragadja az embereket, hogy egymást emészszenek, marczongolják.

A' józan okosság így nyilatkozott hajdan: méregeladást nem kell megengedni, annyival inkább nem, ha az tele marokkal, 's még orvosszer gyanánt árultatnék; a' mai philosophusok' okossága pedig így vitatkozik nagy lármával: a sajtószabadságot legkisebbé sem kell szorongatni, hanem teljesen mentére hagyni, hogy minden elméket, és szíveket elszavarjon, és megrontsa maszlagával a' föld' népeit.

A' régi józan okosság meggyőzőleg mutatja előnkbe, hogy az emberi társaság megállhatására szükséges Istent hinni, religiót vallani, isteni tiszteletet gyakorolni; a' mai philosophusok' okossága ellenben azt állítja: nem lehet a' sajtószabadságot tilalom alá venni, 's megakasztani, ha bár oda törekszik is, hogy minden isteni tiszteletet eltöröljön, minden religiót gúnyra üssön, és tanító székeiről azt harsogtassa széltiben mindenfelé: **n i n c s**
I s t e n.

A' régi józan okosság azt tanítja: lehet ugyan egy kormányszert a' másiknál inkább kedvelni; de a' nép kormány, fölsőség, törvények nélkül el nem lehet; a' mai philosophusok' okossága ellenben azt sürgeti, hogy a' sajtónak minden zabola nélkül teljes szabadság engedtessek a' népek' oda lázítására, hogy ezek minden törvényt lábbal tapodjanak, minden fölsőséget megvessenek, minden hatalomnak ellene szegüljenek, és hanyatt döntsenek minden kormányt.

A' régi józan okosság mindenkor azt tanította, hogy a' gonoszok legalább kényszeríthetnek magokban zárva tartani gonoszságukat, 's hogy senkinek ne legyen szabad fellépni a' szónokszékre, 's onnan istentelenséget, zendülést, feslettséget prédikálni; a' mai philosophia' okossága pedig azt akarja, hogy a' sajtónak szabad legyen akármit büntetlenül közre botsátani, 's a' népeket lator-ságra, pártütésre, hitlenségre tanítani.

A' régi józan okosság kézzelfoghatólag kimutatta, hogy a' sajtószabadság, minthogy korlátozás nélkül minden gonoszra, tévelygésre, rendetlenségre tág utat nyit, a' társaság céljaival nem férhet meg, következőleg magával a' társaságra alkotott ember' természetével is ellenkező; a' mai philosophusok' okossága pedig azt vitatja, hogy a' sajtószabadság az emberrel született előjogok közé tartozik, 's ugyanazért nem is lehet azt az emberiség' természeti jogainak nyilvánosságos sérelme nélkül szűkíteni, 's korlátok közé szorítani. — Ez tehát, — ez a' szabad sajtó — az a' jótékony balsam, melly ő szerintek a' kormány rendszereknek képzelt nyavalyjait, sebeit egyedül gyógyíthatja.

De fenn kell, mondják, tartani a' sajtószabadságot már csak azért is, mivel az a' népek jusainak biztosítására, a' kormányok hibáinak, tévedéseinek kimutatására szolgál. — Mi sem tagadjuk, hogy a' sajtó' mérsékelt szabadsága hajthat néha az ország'

dolgaiban hasznót: de valamelly folyvást tartó bizonyos rosszát nem lehet azért védhetőnek állítani, mivel né ha valami jót is szülhet. A' méreg, ha orvosi tudománnyal okosan elkészítetik, és alig érezhető picziny adatban használtatik, fentarthatja, vagy helyreállíthatja az egészséget: de azért csapszékekben, vagy piacon, 's más nyilvános helyeken nem kell azt árúlni, hogy akárki szabadon vehesse, 's íróstészta sütéshez, vagy egyéb étkek készítéséhez használhassa. A' metsző vas seborvos' kezében jó szolgálatot tehet annak idejében daganatfakasztásra, vérelesztésre, vagy fenült tagvágásra: de azért nem kell azt minden embernek kezébe nyújtani olly engedelemmel, hogy azzal egymást szabadon sebesítsék, vérezzék, mészárolják. A' tűz vigyázó őrizkedés mellett legtöbb élet-szükségeinkben felette nagy hasznú: de azért nem kell annak engedni mindenfelé szabad harapozást, hogy az gész épületet megeméssze. Hasonló módon a' sajtó, bölcsesség 's mértéklet által vezetve, végtelen sok hasznokat hajtott, 's hajthat ezután is: de azért nem lehet minden fék nélkül szabadjára ereszteni, nem kell megengedni, hogy büntetlenül garázdálkodhassék, 's mindent, a' mi szent, és tiszteletes, megrohanhasson. Ha a' méreggel, és vassal élést nem lehetne megkívántató mérséklet alá vonni, vagy a' tüzet kályhák', góczok' korláti között tartani, jobb volna akkor minden gyógyszer, vas, és tűz

nélkül élni; szinte úgy, ha a' sajtónak visszaéléseit kicsapongásait nem lehetne a' kormány' fékezése, vagy törvények' fenyítése alá vetni, jobb volna minden veleélésről, 's innen eredő hasznokról lemondani.

Francziaország, Anglia, és egész Europa, sőt, majd nem elmondhatnók, minden népei a' földnek, ma már tapasztalásból tudják, mennyibe került nekik a' sajtó' zabolatlansága, elannyira, hogy még azok az országok is; mellyek legkitünőbb remekeit mutatták a' szabadságnak, kényteleneknek látják magokat, legalább e' pontban, némineműképen hátat fordítani a' szabadság' istenasszonyának, megvonni a' tömjént tőle, és a' sajtó' túlságos merészletit zabolázni.

Ha már mind a' józan ész, mind a' tapasztalás illy világosan mutatja kártékony, és veszélyes hatásit a' sajtószabadságnak; ha kénytelenek még azon kormányok is, mellyek belőle eredtek, 's általa létesültek, fékelni azt; ugyan minő arczával vitathatják a' szabadelvű philosophusok, hogy a' sajtószabadság embernek természeti jogaihoz tartozik, és korlátozni azt, annyi, mint ezeket a' sérthetetlen jogokat szentségtelen kézzel fójtogatni, zsarnok hatalmaskodással letiporni.

De, ha valóban igaznak lenni hiszik ők, a' mit állítanak, ha valóban az ember' természetéből folyó jog a' sajtó' szabadsága, 's ennek segedelmével akármiféle vélemények' 's tanítmányok közrebocsátása, terjesztése;

úgy el kell ismerni, hogy ez a jog minden emberre nézve, természeténél fogva, közös tulajdon, mellyet ők csupán magoknak, mások kirekesztésével, nem foglalhatnak el emberiséget bántó igazságtalanság nélkül; hogy tehát nem csak ők élhetnek ezzel eszközül céljaikra mások ellen; hanem mások is ők ellenek; — ők ugyan, hogy mindent felkeverjenek, minden isteni félelmet kiirtsanak, erkölstelenséget terjeszszenek, vérontást öldöklést támaszszanak, 's végtelen inségbe, nyomorúságba süllyeszszék az emberi nemzetet; amazok pedig, hogy ezen veszélyteljes gonosz igyekezetek, és istentelen tanítmányok ellen óvják, őrizkedtessék az embereket. — Vallyon elismérik e a vitatott jognak ilyen közösségét tetteleg, és igazán? Koránt sem: mert a' hol, és mikor kezekhez ragadhatják a' főhatalmat, ott életveszélyesztetés nélkül nyikkanni sem szabad valakinek ellenek, nem hogy még sajtó által bocsátani közre valamit. Jaj, százszor jaj neked, te elámitott, szabadsággal, egyenlőséggel, hatalommal, főiséggel, és a különféle jogok', illetmények' egész halmával bízott, de jégre vitt nyomorúlt nép, ha ezen ember barát névvel kérkedő hiénák körmei közé kerülsz! — Nem volt soha tirannus a' földön, ki olly iszonyú kegyetlenséggel csigázta, sanyargatta valaha rabjait, mint ezek a' pokolokátda vérszopó, 's a' törvényes fejedelmeket mind egyre tirannoknak kiáltó szörnyetegek, ha

egyszer magokhoz keríthetik az uralkodó főhatalmat. — Ha ki nagyításnak, vagy talán epés rágalomnak vélné azt, a' mi mondatik itt, tekintse meg franciaország' képét a' múlt századnak utolsó tizedében. Láthatja ennek borzasztó rajzát, a' sok között, csak e' munkában is: *Der Triumph der Philosophie im achtzehnten Jahrhundert*. Germantown, bei Eduard Adalbert Rosenblatt 1804. a II. köt. XVII. és XVIII. részében,

f. — L. R.

Quo tandem omnis enititur contentio.

Quod inter ordinem publicum et turbas, inter tranquillitatem atque tumultus, seu inter quietem ac motum *), inter publicam pacem et seditionem, inter rerum hu-

*) Hic pure politicus intelligitur motus; alia enim prorsus ratio est, ubi motus seu progressus pro virtute habetur, e. g. in cultura, artibus ac scientiis (quantum finitae nostrae vires, animaeque facultates admittunt), in omni denique reali fortunarum ac prosperitatis publicae et privatae incremento: in his motus, seu conatus, laudabilis est; in republica vero motus, turbae ac seditio synonyma semper habebantur; „Quorum aes alienum contractum in popina nullum reipublicae motum afferre poterat.“ Cic. Cat. II, 4. — Iisdem fere temporibus in Gallia etc. motus erat, Salust. Cat. 42. — Motus servilis. Liv. etc.

manarum constantiam seu stabilitatem et earundem inconstantiam et incertitudinem, inter legalem libertatem et effrenatam licentiam, inter conservationem jurium et eversionem, inter legitimitatem et radicalismum nullum detur salutare medium, id, etiamsi ratio sana non doceret, experientia quotidiana satis manifestum reddit. Quod tamen adhuc inveniantur imbecilli ac incauti, qui justum medium quaerunt, quive parti utrique blandiuntur; hoc inde solum fieri potest, quod hi sapientiores, quam sint, haberi cupiant, in modernis doctrinis se versatos libenter ostentent, rumusculos populares aucupentur, subdolas radicalium laudes captent, proterva autem eorundem ludibria perhorrescant; contra hi (radicales) sua partim ambitiosa, partim in excidium cunctarum institutionum, eversionemque fortunarum directa consilia proderè illico ab exordio verentes, ne homines vani et minus sagaces nimis exterreantur, cedunt, ad speciem et sic dicta liberalia, seu media illa consilia aliquamdiu se probare simulant, donec tandem tempus opportunum ad seductorum non secus ac sapientiorum oppressionem praesto esse arbitrentur. Siquis eventus quotidianos adtente consuluerit, observabit in regnis, in quibus media illa consilia sub diversis coloribus et praetextibus invaluerè, universalem flammam sub cineribus continuo gliscere, prima quavis opportunitate erumpere gesti-

Ny o m. Francziaországban a' bírák igen lágyak, és kimélkedők a' szabadság' ügyeiben: már sok, ha valamelly sajtóvali visszaélés csekély pénzbüntetéssel, vagy rövid elzáratással fenytetik; akkor is az aláírók csak hamar eléteremtik a' szükséges pénzt, és a' menekvőt többnyire zajos tapsok, hangos magasztalások dicsőítik, daczára. 's kigúnyolására a' büntető törvényszéknek.

D o k. Hát a' kormánynak nincs semmi útja módja ennek a' gonosznak kikerülésére.

Ny o m. A' kormánynak sem jóban sem rosszban nem szabad ide avatkozni. Tudva van, midragán fizette tizedik Károly, hogy csak újhegygyel merte is érinteni a' sajtót. Épen ezen pontban buzognak legfőltöbben a' constitutio' koholói.

D o k. Feleljen, kérem, őszintén nekem erre: ha olyan nép, melly arra kíván szabadságot, hogy kivont karddal, töltött puskával járhasson mindenfelé, 's ezen öldöklő szerekkel vagdalhasson, löhessen, sértessen, gyilkolhasson kénye kedve szerint mindenütt, ha, mondom, ez a' nép bír e

valóban igaz szabadsággal, és fősséggel, vagy inkább nem olly dühödt bolondhoz hasonló e, a' ki bilincsre, láncra méltó? —

N y o m. Ti, szegények, a' kik rabszolgaságban születtetek, 's nevelkedtetek, képesek sem vagytok a' szabadságnak ízét, és szükséges voltát méltányolni, 's elismerni. A' sajtó' szabadsága maga az a' hatalmas védő-őr, melly a' népség' szabadságát, és főségét oltalmazza. Ez által kényszerítetik a' kormány kötelességeinek teljesítésére; ez kongat, zúdít fegyverre, mint valamelly lárma-harang, a' zsarnokságnak minden fenyegető késérteti ellen.

D o k. Mindenütt, hol a' kormánynak hibázási, 's törvénysértései valóságosok, és fontosok, a sajtó' segedelme nélkül is észre lehet venni, és valóban nagy oktalanság, mindenkinek tetszésére bízni, 's szabaddá hagyni, hogy, mikor eszébe jut, 's szeszélyelobbantja, vádakot koholjon a' fejedelem ellen, és a' nép közt hamis állításokat, költeményeket széyeszsen ek. — Mit itélne az úr olly városról, mellyben a' gyuladástól tartó félelemből akárkinek szabad mehetés engedtetnék a' haranghoz, hogy oda futván, félre verhesse, mikor kedve tartja?

N y o m. Lehet, hogy a' sajtószabadságnak vannak még némelly fogyatkozásai, gáncsai; de mi azonban neki köszönjük népi főségünket; nála nélkül nem ünneplettünk volna három dicső napot.

Dok. Most pedig a' három nap' múlta után lehetne talán a' sajtót [bizonyos határok 's mérsékletek közé szorítani.

Nyom. Nem, soha nem. A' revolutionnak, hogy fentarthassa magát, mozgásra van szüksége; a' szabad sajtó nélkül tulajdon fogatkozásai halálát okoznák, 's végképen megszüntetnék; de a' szabad sajtó' munkássága által vágatva iramlík előre, 's valamig akadály nélkül folyvást meg leszsz engedve a' nyomtatás, mind addig biztosan reménylhetjük, hogy dicső napjaink a' világ' minden nemzetinél megünnepeltetnek. — Van e szándékok velem jöni? ha úgy, menjünk; mert én nem veszthetek időt, sietnem kell.

Dok. Engedelmet kérünk, hogy e' hívást elnem fogadhatjuk. Nem akarunk segéd karokat nyújtani minden rendnek felforgatására e' világon.

Pol. Ha a' sajtóval így vagyon a' dolog mint most hallók, úgy tartom, jobb leszsz kerítőknek lennünk' valamelly bordélyháznál, mint nyomtatóműhelyben inaszkodnunk.

Nyom. No jó; maradjatok hát setét jólelküségtek' minden komorságával magatoknak. Mi nyomtatók nélkületek is végrehajtjuk a' világ' ujjaszületésének nagy munkáját.

Dok. Kedves Policinellóm! ha csak a' philosophia nem segít még rajtunk világosításával, nekünk innen nyaktörés' veszedelmével is szaladnunk kell. (Folytatás következik.)

De methodo principia Recti apud juventutem propagandi.

Comes Leopardi in suo „Politico - philosophico Catechismo“ proponit modum, quo juris et recti sensus adolescentium animis ingenerandus esset. Consilia in hoc libro suggesta severiori examini subicere tanto magis convenit, quo facilius ea primo obtutu solam vel saltem tutissimam viam ostendere plurimis videri possent, qua calamitati temporum, e perversis doctrinis profluenti, optime consulatur. — „Principes“ — ait C. Leopardi — „praecipere duntaxat deberent, ut principia civilis et politicae philosophiae in omnibus scholis doceantur; simul statuendum esset, ut uni eidemque institutionum libro ubique inhaeretur, ne fraudem aliquomodo intervenire contingat, quae sub praetextu, non malem illum librum perficiendi, facile eundem depravaret; strenue dein invigilandum foret, ne docentes huic obligationi semet subducere aliquomodo possint, iidem potius stringendi forent, ut quovis anno claris documentis comprovent, obligationem eam se ad amussim explevisse. Principes denique munificas manus suas aperire et curam eo convertere deberent, ut liber ille infinite multiplicatus, instar catechismi philosophici omnium manibus tritus, individualis cujuslibet adolescentis proprietas efficiatur, et perpetuus catechismi christiani comes sit. Praeterea Episcoporum esset, eundem in suis seminariis propagare, Clero praescribere, Parochis commendare et commune animarum alimentum reddere, unaque constituere, ut tentamina e doctrina philosophiae civilis eadem prorsus ratione instituuntur, quemadmodum e doctrina christiana fidei ac morum fieri consuevit; quoniam nemo unquam, quin simul bonus civis et subditus sit, bonus christianus esse soleat.“

Super hocce consilio, optimo sane animo pro-
lato, duo in primis habemus advertenda: Primo
quaeritur, an illud in effectum deduci posset? —
secundo, an hoc etiam optandum foret? — Qua
ratione existimat ipse Auctor, — rectissimorum
certe sensorum — hoc suum consilium effectui
mancipare? — „Docens — inquit — severe ad-
stringatur ad praescriptum librum fidelissime tra-
dendum; praetensae emendationes facile adultera-
tionem post se traherent, eas itaque absolute et in
perpetuum interdicere oporteret. Quivis docenti-
um teneatur sub finem anni demonstrare, se prae-
scripto modo obligatione defunctum fuisse.“ —
Inevitabilis illa semet quaestio hic oggerit: admit-
tendane est docenti libera praescripti libri inter-
pretatio, vel potius interdicenda? Si primum: quo-
modo poterit docens censoris iudicio subijci: an
quippe a pura compendii doctrina in explicatione
sua recesserit vel minus? — Vel itaque observa-
torem, seu censorem, qui explicationem dijudicet,
et bilancem normalis libri adplicet, constituere,
vel alio modo de mente ac animo docentis certitu-
dinem sibi procurare regimen cogetur. Jam hinc
sponte elucescit, securitatem, quae praescripto ad
docendum uno eodemque libro obtineri debuisset,
illusoriam omnino esse, neque reipsa librum
illum normalem sed potius superinspectionem
explicationis, vel adcuratam de docentis cogitandi
ratione atque sensis certitudinem, adhuc ante col-
latum docendi munus procuratam, etiam absque
praescripto libro optatam illam securitatem (ga-
rantiam) — praestare.

Caeterum credimus, — sicut e summa argu-
mentorum supra citati libri merito etiam supponi
debet — Comitem ita intellexisse, quod docentis
obligatio sit, verbis praescripti libri stri-
ctissime inhaerere: nihil addere, nihil de-
mere, sed solum in libro contenta repetere, iis-

dem verbis referre, utque scholares accurate ea ediscant curare, denique an bene memoriae mandaverint, ac intellectu comprehenderint, positis quaestionibus explorare. *)

Verum enim vero restrictio haec studiosae juventutis ad unum duntaxat librum certum tunc tantum optatum adducere valeret effectum, si cum aliis quibusdam consiliis in nexum poneretur, si simul alia etiam consilia susciperentur, quorum quidem auctor philosophico-politici catechismi nihil meminit, quae tamen rem paulum propius expendenti ultro et necessario semet offerunt, quamprimum e postulatis libelli hujus procedere placet.

Si nempe recta et proba politica sensa modo pure mechanico, — certum libellum plene memoriae mandando — progignenda veniant, quin docti permissum sit eundem interpretatione dilucidare (quoniam sic puritatem doctrinae corrumpere posset) hoc ipsum ad integritatem systematis hujus etiam in aliis scientiis ac libris, in quibus longe majus periculum subversatur, fieri debere supponit, exigitque: ut inter studiosam juventutem et literaturam cujuscunque generis (excepto libro systematico) insuperabilis agger erigatur. 2) ut eadem juvenus ab omni traditionali et orali opinionum vitae quotidianae communione arceatur. Inevitabilia haec sunt consecutaria, si per Comitem Leopardi propositum systema in usum deduci tentetur; unde per se iterum manifestum redditur, quam parum illud

- *) Si de hoc duntaxat agitur, profecto compendiosius adhuc datur medium. Juvenes scilicet studentes librum illum praescriptum e manibus Magistratus, quibus distributio ejusdem credita esset, accipere possent, illum dein per definitum tempus memoriae mandare, ex instituendis periodice examinibus specimina dare, an et in quantum adsignatum pensum proprium sibi reddiderint? Parsimonia illa notabilis, quae sublati docentium muneribus civitati enascitura esset, non minimum ex hoc consilio emergens lucrum constitueret.

rationabili cum consequentia effectui mancipari queat. Interim etiamsi his consecrariis deterreri se quispiam non pateretur, is tamen pervasum habeat, oportet, se — illo ipso tempore, quo juvenus, ad solum illucusque normalis libri intellectuale alimentum restricta, inque arctissima praeterea clausura custodita ad vitam communem dimissa fuerit, quod utique citius tardius evenire debet, — oleum et operam perditurum. —

Convertamus hinc animum in alteram superius positam quaestionem: concessa interim consilii propositi possibilitate, an consulte experimentum hoc suscipi et commendari possit? — Cunctis aevi nostri sapientioribus viris explorata habetur illa veritas: quod malum seculi nostri, e corruptione, quae in campo doctrinarum, inde jam a longo tempore dominatum tenet, ac fere communis est, originem suam trahat. Neque illud ab ullo sana ratione praedito in dubium vocabitur: quod sacro sancta cujuslibet regiminis obligatio sit, malo huic tanto solertius omnibus viribus occurrere, quo certius idem delicta in hoc genere patrata, et officia neglecta citius tardius exitiali suo discrimine habeat expianda. Ast haud minus certum, quod imprudentia amicorum causae cuiuspiam multo plus detrimenti adferre consueverit, quam pravissima adversariorum malignitas parare unquam potuisset; quodve scopi et causae probitas ac praestantia prudentiam et religiosam in eligendis mediis integritatem nequaquam reddat supervacaneam. Jam vero methodo per Comitem Leopardi praestituta perversis politicis aevi nostri doctrinis mederi tantundem esset, ac novum infensissimorum, odiis et alte radicatis inimiciis ferventissimorum Jacobinorum, in gratiam revolutionis, seminarium erigere.

Consilium quippe illud — quamquam integerima fide datum — duplici, et quidem vulgari, laborat vitio: primo quidem, quod doctrinae defixae externam pure mechanicam memoriae impres-

sionem, cum interna de veritate ejusdem convictione, tum secundo quod librum scholasticum cum docente permutet. — Ut de hoc ultimo ante omnia agamus, nullum est dubium, quod superficiali obtutui illud tamquam brevissimum et expeditissimum remedium semet commendet, ut liber quidam, seu compendium doctrinae, omni docentium collegio, velut conditio sine qua non, ad tradendum injungatur, et vel minima inde deviatio gravi poena vindicetur; at, si profundius rem expendere velimus, illusoria, imo noxia totius consilii hujus ratio mox patecet. — Observatum jam superius est, a docente omnia pendere, neque ullus ibit inficias, probum ac prudentem magistrum defectus etiam libri normalis reparando, pravam autem optimi etiam libri doctrinam, quin detegi et animadverti nequitia possit, veneno imbuendo esse. Haec praeterea tam docentis quam discentis restrictio ad verba certi libri normalis, qui in optimo etiam casu humanae duntaxat nititur auctoritati, re ipsa contrarium ei, qui proposito consilio obtineri debuisset, producet effectum. Quid enim? Magistri non secus ac discipuli machinarum instar se haberi, ac in automata degradari dolentes, indignationem et odium a methodo in rem ipsam translaturi, adversus doctrinam, tali coactione sibi imperatam, partes sumturi et factionibus adversis semet juncturi essent, et sic odium, quod juvenes, praecipue vivaciores, ac ingenio potiores, in scholis contra rem probam insurgerent, ad finem usque vitae animis eorum insideret, ni deinceps errores institutionis scholasticae schola vitae acerbos inter dolores corrigeret.

Nostra itaque opinione praepostera prospiciendi esset ratio: adversus pravas temporum doctrinas in libris normalibus potius, quam in institutione praesidium quaerere. Facilius alioquin foret uno alterove calami ductu librum quempiam institutionum, velut disciplinae canonem toti regno praescribere, quam fidei inte-

gritate et cognitionibus claros Docentes pro quibusvis scientiarum ramis exquirere, et congruas cuique eorum partes tribuere. Magnum hic rursum discrimen in oculos incidit, inter methodum administrationis bürocratico-mechanico-centralem, quae tabellis, ordinationibus ac praescriptis conficitur; et inter illam veram, vigore plenam, personalibus dotibus animatam regiminis et gubernii sapientiam, quae nihil aliud est, quam ars viris idoneis convenientia munera conferendi, iisdemque justam agendi potestatem (activitatem) tribuendi. — Qui sano in disquirendis hujus vitae rebus iudicio exutus non est, perbene perspiciet, cuinam ex his methodis per revolutionem via paretur, imo quaenam ex indole ac natura sua, nec non consecrariis revolutionaria habenda sit. Utinam viri justorum sensorum et recti cordis revolutionem revolutionariis remediis domare velle tandem desinerent! —

Praeter haec propositio Comitum L. illo etiam errore laborat, quod depravatam ac fallaciis perplexam doctrinam et scientiam temporum publicatione ejusmodi compendii institutionum defaecari et ad saniora reduci posse supponat. Error qui rursum ex erroneo, adhuc profundius radicato, de natura scientiarum conceptu profluit, et prout jam superius observatum est, permutationem functionis pure memoriae cum rationali ac scientifica animae convictione arguit. — Cui historia erronearum doctrinarum politicarum ignota non est, is profecto exploratum habet, e quibus eae fontibus deriventur: novit eas procul ad medium usque aevum pertingere, et ancipitibus primum, et ad speciem minus captiosis sentiis, quibus ratio quaedam non undequaque infundata subjici poterat, superstructas, postmodum planiore in dies consequentia semet evoluisse, donec tandem cunctarum fere scientiarum campum omnesque intellectus humani vires et functiones velut reti quodam ingente circumdarent. Neque ullus hodie cultiorum dubitat, doctri-

nas politico-erroneas easdem cum religiosis, philosophicis, historicis et physicis seculi erroribus*) habere radices, eosdemque fontes et singulare tantum universalis temporum vitii latus constituere.—

Postquam denique sub initium hujus seculi malum hoc in scientiis summum attingisset gradum, placuit Deo metam ac modum errori ponere, et regressus lente quidem, primitiis vix perceptibilibus, ad hoc tamen sat claris ocepit, ut saltem coaevi commonescant: absolutum erroris dominatum ac monopolium praeteriisse, et aliam quoque in orbe terraqueo doctrinam adhuc dari. — In hoc rerum statu singuli saniorum vix aliud quidquam salutarius praestare valent, quam pro se quisque bonum selectum facere, et, cui felici omine veritatem invenisse contigit, eam pro dotibus ac facultatibus suis propagare, in evidentiore lucem collocare, curae suae creditos ad meliorem viam deducere, caeterum causam veritatis Deo, omnis veritatis fonti, temporisque efficaciae relinquere. Ast una meminisse quemque oportet etiam veritatem (quemadmodum in cunctis aliis scientiis humanis in genere, ita etiam in scientia politica) semper tantum in una directione consistere, et postquam corruptio per secula quaquaversum diffusa fuit, veritatem, ut semet explicare et evolvere possit, tempore egere, et per hanc solam evolutionem continuatosque generationum, semet successive excipientium, conatus ad metam perventuram. Qui haec explorata habet, u-

*) Non tantum politicarum, sed etiam aliarum scientiarum graves hodie dum — cum venia progressus et perfectionis sit dictum — adesse errores, vix ullus aequus rerum aestimator negabit; ni S. Simonistarum, Pietistarum, Materialistarum, Meta-Psycho-Historicorum, Magnetisatorum, Hydro-Homeo-Aleo-Ultraistarum etc. tentamina jam adaequate probata putaverit. Caeterum superius assertum ad omnia tempora refertur,

na persuasum tenebit, errorem et corruptionem literaria quadam per civitatem adhibita violentia (strage, coup d' état) suffocari nequam posse. — Verbo: ex eorum, qui contra revolutionem pro parte juris hucusque pugnabant, successu ac resultatis, hodie jam distincte et accuratissime indicare licet, ex qua parte sit in doctrinis politicis jus aut injuria, veritas aut error. Ast inconsulta omnino esset agendi ratio ulteriorem hujus doctrinae scientificam elucubrationem et per illustrationes omnis generis historico-philosophicas suscipiendam ejusdem confirmationem aut emendationem per jussa altiora, potestatemque secularem impedire, et vulgato per superiorem auctoritatem exiguo catechismi libro *) omnes ulteriores commentationes praecludere, sicque modernum — haud ignotum — literaturae et scientiarum statum inviolabiliter in perpetuum defigere velle. Opportunius quid — nostra saltem opinione — pravis doctrinis earumque asseclis accidere vix posset. Hi certe numerum suum omnibus illis auferent, qui illam fovent opinionem, quod scientiae ad regalia haud spectent, et quod flos seu progressus earum tunc tantum sperari possit, si illae ab omnibus humani arbitrii compedibus liberae sint. Ipse quidem politicus ille catechismus eadem proportionem, qua memoriae juventutis inculcaretur, moderni seculi ludibrium evaderet, suisque imperfectionibus ac defectibus, quae etiam illi, ut omni humano operi, necessario propria manerent, publicae illius potestatis dignitatem periculosissime compromitterent, quae semet induci pateretur, ad tentandam levi adeo pretio falsarum doctrinarum sublationem.

Contrahamus tandem in pugnum sententiam nostram, quae ad haec pauca recidit: Secularis

*) Dato etiam eo, quod hoc doctrinae compendium revera optimum, non vero forte absolutismo — suapte etiam ex indole sua revolutionario — sub specie justi in revolutionem odii recondito, gravidum esset.

seu civilis potestas veritates non condit, proinde qua talis nec ullam in scientias violentiam exercere potest. Mittat itaque supremum subditorum doctorem agere, nec suarum partium esse arbitretur scientificum quemdam canonem tamquam adaequatum, et absolutum oraculo suo constituisse. — Ex adverso falsum est, consultum eidem fore, svadendumque, ut in institutis literariis, a se erectis et sustentatis, luxuriantes errores penes veritates toleret, imo forte iis solis liberum campum relinquat. Obligatur potius auctoritas quaevis publica, non secus etiam privatus quisquis, veritatem (in politicis aequae et aliis quibusvis scientiis in genere) colere, nec non contra errores decertare; et quidem in politicis tanto alacrius, quo amentius esset, ab eadem postulare, ut suis propriis sumtibus, idmodi doctrinam propagandam curet, quae nulli magis quam sibi exitiosa futura esset. — Pravam ac perniciosam doctrinam nulla unquam potestas publica, quantum sapientia atque auctoritate valet, ferre debet; tales attamen doctrinas perversas aut saltem erroneas non libris institutionum normalibus, et chartaceis praeceptis, verum adhibitis probis, repulsisque pravis docentibus extirpare poterit. Indefessis conatibus virorum, animo, moribus ac scientiis insignium, de quorum iudicio maturo, literisque excullo, consiliis item rectissimis sufficientia documenta possidet, quorumve sensis omnem fidem tuto adhibere potest, plenam concedat libertatem; caveat vero externis et mere mechanicis, omni in casu superfluis, plurimum autem impredientibus, animosque exacerbantibus coactionum mediis activitatem eorum constringere.

Haec est, nostra opinione, ratio, qua regimen quodvis salutarem juris et politicorum principiorum doctrinam optimo cum successu in florem perducere potest. In his quoque illa velut praestantissima commendare se videtur methodus, quae obstantia veritati impedimenta removet, id vero,

quod positive nōxium est, cohibet, caeterum veritatem pro signis suis depugnare permittit.

v. * e B. P. W.

Religiosa animi fortitudo Monialium ad Ernani.

Litterae, Tolosa scriptae, testantur, in pugna ad Ernani (16. Mart.) Moniales ordinis Misericordiae fortitudine ac sui resignatione semet peculiariter distinxisse: inter glandium hostilium pluviam in campo pugnae continenter ac strenue vulneratorum cura et in securum locum translatione occupabantur.

v. * e B.

Clastrum Monialium St. Elisabethae Bratislaviae.

Clastrum St. Elisabethae Bratislaviae, quod a sui erectione 26000 infirmarum cujuslibet confessionis recepit, omnibusque necessariis providit, die 9. h. m. seculare festum suae erectionis ac fundationis celebravit, qua opportunitate manifestissima undequaque benevolentiae documenta expertum est. (Similem perdurationis — per varias vicissitudines — beneficentiaeque protensionem institutionibus nostri aevi precamur!) v. * e B.

Em. Cardinalis Weld †.

Nuncia ferunt Roma Eminentissimum et communi veneratione gavisum Cardinalem Weld die 10. h. m. inflammatione pulmonum extinctum esse.

Solutio Logogryph† in Nro 5.:

P a r m a. (etiam clypeus.)

POLICINELLO UTAZÁSA.

(Folytatás.)

H E T E D I K J E L E N E T.

Policinello. Doktor. Sírásó.

Dok. Légy olly jó, kérünk, igazíts minket valamelly philosophiatanítóhoz.

Sírásó. Én sírásó vagyok; nem értek illyes mihez.

Pol. Sírásó! — El innen, Doktor úr, szaporán!

Sír. Mit féltek? Vélitek e, hogy egy francia sírásó veletek fog bajlódni, 's időt veszteni? Igaz, volt idő, mikor munka, 's foglalatosság' szükéről panaszolkothattunk: de most elég a' legkisebb revolutiocska föléleszteni mindent, és egy dicső nap többet ér egész évhoszszan pusztító járvány nyavalyánál. Jajgassanak bár a' revolutio fölött minden kézi munkák, én legalább áldom azt. Mióta ez eltompítja kedves honunkon öklelő, 's öldöklő szarvait, a' mi keresetünk elsővé lett a' világon.

Dok. Ha merem kérdezni, talán ma is elékerültek itt a' dicső napok?

Sír. Meglehet, hogy támadtak itt ott; mert a' dicső napok ide oda vándorlanak, és minden város ohajtja a' maga részét: de Párisban ma semmi sem volt; azért egy vig játékat adatott a' temetőben.

P o l. Hát űznek a' francziák bohóságokat még a' temető helyeken is.

S í r. A' lelki pásztornak esúfjára, 's boszújára egy a' kereszténységtől nyilván elpártolt, 's teljes vallástalanságra veteműlt istentelen gonoszt akartak a' keresztény temetőben elsírolni.

D o k. Mit használ keresztény módon temetkezni annak, a' ki egész életében gúnyolta, káromlotta a' keresztény religiót?

S í r. Magam is rendetlen, sőt nevetséges dolognak találom, hogy a' kik úgy élnek mint amaz állat, melyet a' zsidók sem főve, sem nyersen meg nem esznek, úgy kívánjanak eltakarítani, mint keresztények.

D o k. Ugyan honnan van hát még az ilyen emberekben is a' tisztességes keresztény temettetésnek ohajtása?

S í r. Ezek az emberek, úgy hiszem én, akármit tegyenek, még sem vihetik a' dolgot annyira, hogy a' keresztségnek minden nyomát, a' hiszekegynek minden emlékeztét magokból kitöröljék, 's ugyanazért nem ritkán, kivált mikor közelíteni érzik halálukat, akaratjuk ellen is támad lelkekben némi aggasztó félelem, nehogy a' keresztény egyesületből kirekedve költözzenek a' más világra. De míg nyers az erő, teljes az egészség, virgoncz az élet, addig fennyenkednek, pökik a' markokat, és dicsőségnek állítják a' jámbor keresztényeket lekaczagni.

Dok. Szomorú állapot, siralmas elváltozás egy olly országban, melly legkeresztényebbnek neveztetett!

Sír. Ez mind az új philosophia' tanítmányainak, 's az ezekből keletkezett iszonyú erkölcstelenségnek, zavarnak, lázadásnak eredménye.

Dok. Talán lehet hinnem, hogy a' Császárság, kivált a' Restauratio fordított a' dolgon, 's mindent helyrehozott.

Sír. Az utóbbi csupán polgári karba helyhezte a' religiót, 's a' kormányának fogadta a' katholikát.

Dok. Hát az új charta?

Sír. Ez a' francziák' többsége' religiójának nyilvánította azt; a' mi kérdést sem szenved, ha Clodovéus' keresztségétől kezdjük a' számítást. De mióta gyökeret vertek az új fogalmak, annyira eláradott az isten-telenség, hogy a' kormánynak minden elenerőködései mellett is alig lehet a' vallástalan vakmerőségnek pajkos kicsapongásait szabályozni. — Elég sokszor, csak jámbornak, istenfélőnek mutatkoznod, hogy czélkarikagyánánt légy kitéve a' minden religiót félre rugott Liberalisok', szabadelvűek' gúnynyilainak.

Dok. Ugyan hol, vagy miben fekketik gyökere ennek az ennyire vetemült dühöngésnek a' religio ellen?

Sír. Azt állítják ők, hogy a' keresztény religio ellene szegül a' revolutiónak,

tiltja a' lázadást, engedelmességet parancsol a' királyokhoz, kárhoztatja a' dicsnapokat; mindenek fölött pedig sürgetve kívánja, hogy a' két nem szép illendően, és szemérmes tartózkodással viselje magát egymás iránt, 's kerüljön minden csélcsap szemtelen társalkodást: a' minek ha mind így kellene lenni, akkor valóban nehéz nyűg, 's merő gyötrellem volna a' keresztény ember' élete.

D o k. Hajdan kiki tudta, hogy rendbeszedett mértékletes életet kell itt viselnie, ha örökre boldog akar lenni a' más világon.

S í r. Héj, Uraim, a' szabadelvűség nem hagyja magát a' pokol' félelme által szorongattatni. Ha ti illy igen lelkiismeretesek vagytok, gondolkodnotok sem lehet a' nép-főségü szabadságról.

D o k. Én ugyan épen nem akarok minden aprólékon szörszálhasogatólag lelkem' ismeretében akadozni: de hát ha van még is halálunk után más élet?

S í r. Ki tudja?

D o k. És ha abban a' más életben van pokol —

S í r. Ki tudja?

D o k. Ki tudja! ki tudja! hát az okos ember illyen ki tudján fogja e építeni örök sorsát?

S í r. Halljátok, uraim, a' valódi szabadelvűek azzal hízelkednek magoknak, hogy ők is csak úgy múlnak el, mint a' sértések, mellyek teljesen véget érnek, mikor kolbász-

töltelékek özszevagdaltatnak. Ha illy szerencsések ők, akkor: éljen a' felséges csorda! — ha pedig amott, túl a' síron, igazán létez ördögtanya, bizonyos, hogy az oda vezető országút a' revolutio útja. Azonban jó egészséget! — nekem dolgomhoz kell látnom.

Dok. Policinello!

Pol. Doktor úr.

Dok. A' dolog mindegyre veszettebbé válik.

Pol. Látom, igen látom; sőt érzem is; mert szinte dagad a' hasam bele, annyira tele vagyok a' constipatióval.

Dok. De ha már ennyire jöttünk, halljuk még meg, mi tanácsot adand a' philosophus; azután töstént határozásra lépünk.

Pol. Nem bánom.

(Folytatása következik.)

*Beneficus influxus Religionis Christianae in
bonum afflictæ, et opis indigæ
humanitatis.*

(Conclusio.)

Quod nulla seculi Philosophia miseris istis praestare potuit lenimen, hoc unus hic Jesuita millenis, plena in mensura attulit, ut ipsam calamitosam hanc captivitatem in

proventum eis faceret aeternae salutis. Scilicet charitas, quae ex Deo est, omnia potest, omnia sustinet. Hac animatus Apostolicus vir, habitationes eorum tetrīs exhalationibus refertas, subingressus est, languentes, et morbis laborantes corporaliter et spiritualiter refocillare, ulcera eorum eluere, fovere, quin et deosculari, molestas aliorum labe, quae ipsis eorum concaptivis intolerabiles erant, pendente institutione christiana, proprio suo pallio contegere, quibusvis eorum calamitatibus compati, flentibus collacrymari, mortuos deflere, in vicina regione dispersos molestissimis itineribus exquirere, invisere, erigere ac solari; ad alias regiones absportandos ad portum, et inde ad longam in mari distantiam oculis comitari, — didicit. Quia igitur invenit, et apud se habuit coelestem charitatis thesaurum, ideo dignus a Deo habitus est, qui tanta solus perficeret, quanta unius hominis vires perficere vix posse videntur.

Porro fuerit licet Patri Claver conversio infidelium, eorumque ad vitam christianam traductio acceptissima occupatio: non tamen erat sola. Ubicunque calamitas aliqua, infirmitas aut indigentia spiritualis opem exposcebat, aderat. Hospitale praesertim S. Lazari Carthagenae amplissimam ejus benevolentiam expertum est; quidquid temporis a laboribus Missionariis superfuit, huic impendit, foedissimis quibusque morbis correptis,

spiritualiter et corporaliter, cum omni sui abnegatione inserviando; ut quoad calamitatis hunc locum in plena mensura fuerit, quod de Job Patriarcha praedicatur: oculus coeco, pes claudus, pater pauperum, omnia denique omnibus factus sit.

Anno 1650-mo, grassante in America peste, ipse quoque hac lue correptus est, et licet ex ea postmodum emergerit, nunquam tamen vires corporis amplius recuperavit, et anno 1654. 8. Sept. ad beatioram vitam transivit.

Neque ad nostra tempora propius accedentibus, desunt hujusmodi virtutum heroicarum exempla, in ipso etiam sexu fragiliori! Quis non miretur et praedicet ardentem zelum et constantiam Christi ancillae Annae Javouhey, fundatricis Religiosarum Hospitalarium Sancti Josephi? Haec Chamblanci prope Cluniacum in Gallia nata, cum 18 esset annorum, Dei quasi instinctu moneri se sensit, ut conversioni, et educationi gentium ferarum, quae Christum ignorant, se sacraret, auditoque desuper Parentis consilio, praemissa longa probatione, Cluniaci prima Ordinis sui fundamenta jecit. Ab eo tempore, cum peregrina facta huic saeculo, totam se dispensationi charitatis addiceret, et uni huic assequendo scopo vacaret, adflante Dei Spiritu, patrocinantibus etiam Napoleone Imperatore et Ludovico 18-o Rege Galliae, pia haec Congrega-

tio tanta incrementa coepit, ut in insula Martinique 20, Gvadalupe 7, Guiana Francica 12, S. Petri 4; — in coloniis Indiae orientalis 7, — in insula Bourbonica 24, Senegal 16 domos numeret; omnes ad unam, exceptis illis Indiae or., per ipsam piam Sororem Annam constabilitas; quo scopo saepius, quam quiscunque nauta, quin unquam discrimen aliquod passa sit — Oceanum trajecit. — Pro scopo propositam habet Religiosa haec Congregatio educationem pauperum prolium, praecipue mancipiorum, et curam infirmorum, in suis Hospitiis. Dum non adeo pridem 500-i — 600-ti infelices Afri, pro mancipiis in Americam deportandi, inhumanis mercatoribus erepti, in potestatem Gubernii Gallici devenissent, neque, quid cum miseris istis faciendum esset, sciretur: provocata fuit per idem Gubernium mater mancipiorum, Anna Javouhey, — nec frustra: haec enim accepto hoc fine aliquo aere et tractu terrae in Guiana Francica, exstirpatis sylvis, novam coloniam ex eis conflavit, et per continuatos conatus suos, Christianos una ac laboriosos Cives efficit. Sic virtus divina indesinenter adest iustis, ut, quae puro corde secundum eius mentem suscipiunt, dono suae gratiae irriget! Alia mens est hominum huius saeculi, qui ex mero metu, ne mancipia sua amittant, impudenter crepant, Afros nullius culturae esse capaces; — hos

imbecillis, ast pia mulier Anna Javouhey mendacii satis arguit!

O Sancta Christi Religio, quanti sunt beneficentiae thesauri, quos per illud unum dilectionis mandatum, in genus humanum effudisti! quam uberes fructus, praeceptum hoc, in sinu Ecclesiae Catholicae, (Religionis huius depositariae), saeculorum decursu produxit! In huius Ecclesiae gremio semet evolverunt pia instituta, quae curam susceperunt parentibus orbatorum, pauperum, ac tenerorum orphanorum; — hic effloruerunt tot salutaria hospitalia, ad sanandos infirmos, recipiendos peregrinos, reficiendos esurientes, cooperiendos nudos; — multae illae piae foundationes, ad iuvandos inculpatè depauperatos, extraordinariis infortunii casibus ad incitas redactos, — ad sublevandos et fovendos senio viribusque fractos. — Ecclesia ista sollicitudinem suam extendit, ad omnes vix non humanae necessitudinis, et adversae fortunae casus! Haec praesidium praebuit, et refugium devio ac fatiscienti itineratori, in altissimis montium, glacie et nivibus obsectorum verticibus; — haec tutamen et defensionem subministravit navigantibus in mari, contra cruentam praedonum immanitatem, — ac captivos ipsos, non aere modo, sed et spontanea servitute aliorum substituta, redemit. *) Hae suppedi-

*) Ordo Sanctissimae Trinitatis de redemptione captivorum.

tat curandis infirmis, *) educandis pauperum prolibus **) promptos ac benevolos famulos famulasque, qui absque praemio et mercede, ex sanctiori motivo, huic muneri longe excellentius respondent, quam corruptibili aere conducti! ***)

Itaque sicut Sol in aspectabili hoc mundo, beneficam suam lucem, et calorem plantis, cunctisque vegetabilibus suppeditat;

*) Institutum Monialium S. Elisabeth pro sexus foeminei, — Ordo FF. Misericordiae pro masculini sexus infirmis, item Religiosa Communitas Filiarum Charitatis S. Vincentii de Paula, — Religiosae Hospitalares S. Josephi — Sorores Charitatis etc, etc, etc.

**) Pauperes Sorores Scholasticae pro morali, et religiosa institutione puellarum.

***) Non sine vero christiano solatio conspicitur, in schematismo Ordinis St. Joannis de Deo Provinciae Austriaco-Hungaricae, currente anno 1837, primum typis procuso: numerari in hac Provincia 30 Conventus, cum 453 Religiosis. Hi a 1-a Novembris anni 1835 usque ultimam Octobris 1836 providerunt infirmos: 19.043. Ex his Accatholici 1532. Israelitae: 99. Graeci r. n. u.: 168. — Sub cura mortui: 1961. Resanati: 1782. Multa horum charitatis Domiciliorum per ipsos Augustos Imperantes, alia per Principes primarumque dignitatum viros fundata sunt. — Hungaria numerat 13 Conventus et unam domum Reconvalescentium, ex quibus 8 viris Ecclesiasticis suos natales debent. Postremus ex his Szathmariensis, anno 1834 per Illustrissimum Dnum Episcopum Szathmariensem, Joannem Há m, fundatus exstitit.

eodem modo sancta Christi Religio, benignitatis suae radios per genus humanum diffundit. Nullum in orbe institutum proferri potest, ex quo tanta in calamitate pressos mortales beneficia dimanassent, quanta ex Ecclesia catholica, quae velut pia mater patientes filios, in omnibus tribulationibus divina quadam, et inenarrabili suavitate recreat ac refocillat. Sine strepitu, ac gloria adest ubique, sanat, ac medetur, — dum contra — invidi eius hostes, novae doctrinae ad beandos homines infauste excogitatae, Apostoli, tuba canentes modica sua ostentant, in re autem loco felicitatis, diffidentiae, inanis gloriae, superbiae, blasphemiae, concupiscentiae, perturbationis, infelicitatis semina serunt: „ex fructibus cognoscetis eos!“

Fridericus Barraga Missionarius.

Paginae illyricae de 8. April. Laibacho haec ferunt: D. Fridericus Barraga, meritisimus noster olim concivis et nunc Missionarius dignissimus e coetu fidelium suorum christiano-catholicorum „Lacus superioris“ in America boreali per Liverpoolium, Londinum, Parisios, Massiliam ac Romam in patriam suam Carnioliam reversus, die 6-ta Aprilis Laibachum adpulit. Cras, i. e. secunda Dominica post Pasca ante meridiem

in cathedrali ecclesia lingua germanica, et postmeridiem in ecclesia parochiali ad Annunciationem B. M. V. lingua carniolica con-
tionem s. habebit. Post brevem hic moram per Viennam ac Parisios ad stationem missionis suae revertetur.

v. * e B.

Usus latinae lingvae in Gallia.

Paginae „National“ queruntur de eo, quod in examinibus concursuum coram Facultate juridica semper adhuc latina lingua in usu sit, quamquam cognitio ejusdem nulla ratione promoveatur; adhibita itaque lingua latina barbarismis et erroribus scateat.

v. * e D. W.

Talmud 28 voluminum in folio.

Petroburgi Majestas Imperator Russiae dedicationem versionis germanicae totius Hierosolymitani et Babilonici „Talmud“ una cum textu interpunctato in 28 voluminibus in folio a Doctore Pinner oblatae acceptare ben. dignata est, et pro 100 exemplaribus ampli hujus operis subscribendum curavit. D. Pinner, qui ante duos menses Constantinopoli per Varschoviam huc adpulit, post aliquot dies Berolinum revertetur, ut editionem libri sui ibidem procuret. Proxime deinceps editioni diarii sui, per iter quin-

quennale in Germania, Gallia, Anglia, Italia, Turcia et Russia conscripti, praecipua reflexione ad statum politicum et moralem Judaeorum in dictis regnis habita ratione, semet accinget. _____ v. * e D. W.

Hostium per commune festum induciae.

E. S. Sebastiano de 4. April. a. h. scribunt: „Die hesterna, qua festum Annunciationis B. M. Virginis celebrabatur, singulare habuimus spectaculum. Omnis populus vallis Loyolae, Caroli non secus ac Christianae asseclae, more vetusto majorum ad diem festum celebrandum concurrat. — Juventus nostram acerbissimo tulit animo, quod sibi in processione partes capere non liceat, quoniam juvenus ex Ernani et adjacentibus locis sub praesidio copiarum Caroli constituta sit. Nostrates itaque eminentiora loca conscenderunt, ut saltem eminus jucundas popularium coronas in ripis Urumeae intueri, et crepitaculorum ac tympanulorum (Castagnetten, et Tamburine) sonum auribus excipere possint. Sensim amice propius accessum, tandem vis attractiva adeo magnetica evasit, ut nostri fines excesserint. Mox exteriores utriusque excubiae de servandis induciis fidem mutuo dare, atque pauca intra temporis minuta locatis in formam pyramidum selopis, datisque invicem brachiis in mutuis amplexibus circum ire visae sunt; amba-

rum ita partium hospites paulo ante infensissimi inimici nunc amicissimo animo cigarras et utriculos (cum vino) ad libandum reciproce porrigebant; nemo de eo cogitans, acerrimos se paulopost iterum hostes, infensissimis signis, adversis aciebus dimicatueros, nec vitae gratiam facturos.

*Impopulatio germanicarum coloniarum in
Russia.*

Impopulatio germanicarum coloniarum in Russia sub finem 1835 constituit 109,796 animas, et sic decursu hujus anni 4222 animis aucta est. — Notabilis est exigua mortuorum relate ad numerum populi ratio. Annis quippe 1834 et 1835 natorum numerus mortuos 7427 superavit, ita ut nati ad mortuos se habeant uti 207 ad 100. Caeterum in tota Russia secundum 30 annorum observationes media proportionem nati ad mortuos se habent ut 150 ad 100.

E relationibus vi muneris praestitis anno 1834 in Russia 2207, anno 1835 autem 1882 judicarii concursus, seu processus concursuales dabantur simul de summa 65 million. 623.965 Rubel aeris alieni. Tribunalia commercialia anno 1835 e 971 incaminatis litibus 302 via amica composuerunt.

v. * e B.

Főtisztelendő

ENGELHART ANSELM URNAK,

*Pozsonyi Főbbtanodák Aligazgatójának Neve
napja alkalmával.*

Áldott valóban, 's boldog az a' haza,
 A' melly sok olyan férjfiakat meleg
 Keblében ápolgat javára,
 Kik nem ügyelve sokat veendő

Hasznukra minden tetteiket neki
 Nemes kebellet szentelik! — érzi ezt
 Végtére honunk is, mióta
 Összefogott sok erős kezekkel

Dolgoznak áldott honfiaink közös
 Javára; immár éjji ború után
 Egünkre jóltévő míveltség
 Fényje vonúl! — 's kinek ezt köszönnjük?

Ő nékik: ez mind ők műve! kik közül
 Te is vagy, egyyk dissze az Istenünk
 Dicsére fölszentölt Papoknak!
 Főbbtanodánk Aligazgatója!

Kinek, nagy áru kincseit a' haza,
 Rényébe bízván jobbja alá ada
 Örizni, 's éltető reményit;
 A' feselő fiait szívére

Kötötte: mert jól tudja magáról is
 Már, hogy csak akkor bízva reménylheti
 Istennek áldását egére,
 Honfiai mikoron becsesebb

Esméretekkel látja erényeket
 Kapcsolni, és egy szívvel az Istenünk
 Dicsére, 's honnunknak javára,
 Mint az előtt Hunyadynk, ügyelni.

Nem is csalódik benned azon nemes
 Reményje: mert ezt mélyre beoltani

Szívünkbe gondosan törekszed,
 A' hit, erény Teneked legelsők;

'S nem csak szavakkal jóra meginteni,
 'S buzdítani szoktál szépre; hanem magad
 Előre például cselekszed

A' mit előbb szavaidba mondál.

Élj oh hazánknak dics fia! szerzeted
 Nagy dísze: éldj a' nesztori éveket!

Épségbe boldogúl! 's gyakorta
 Drága hazánk derülő egére,

Mint most vonúljon dics neved ünnepe!

Úgy életednek napjai folyjanak:

Mint nyári kellemes napokban
 Csörgedező patakok virágos

Mezőn lefolynak! tartson az ég kegye!

Tartson sokáig drága hazánk közös

Javára! — E' dallt vedd kegyesen!

Hála, öröm, szeretet jeléül.

Androvich Sándor, Jogász.

L o g o g r y p h u s.

Sum volucris, primâ rubra, candida posteriore

Parte: tamen toto corpore nigra vocor.

ÖRÖMDAL

JÓSEF FÖHERCZEG

's

SZERETVE TISZTELT NÁDORUNK

felgyógyulásának hírére.

Víg napunk virradt, behatott egekbe
'S győze kérésünk; letekinte Phoebusz
Olly igen forrón szeretett gyötrődő

NÁDOR URUNKRA.

'S egy tekintését követé megújult
Élte éltünknek: szabadon lehelni
Kezde, és nőttön növe jobbulása

Minden erének.

Hallatott Phoebusz' szava, 's templomába,
Mind, kik érdemként beavatva élnek,
Értheték titkát: TEREÁD irányzá

Minden igéit,

NÁDORUNK! „Illő szabadítani“ ugymond
„Hasznos épségét tapodó veszélytől,
Érdemes, hogy még az utókor is TISZ-
TELJE személyét.“

Szüntelen BENNED lele gyámolára,
Néki áldoztál fiatal korodtól

Egyre, 's lángolván tudomány' hevétől

Híve maradtál.

És honunk' keblét törekedni szépre
Nagyra készítetted; finomabb erényre
Lelkesítetted: Hunyadinktól eddig

Nálad Apollo

Hathatós b védőt epedő hazánkban
Nem talált, JÓSEF! maradó lakásul
Most is új egyház alapul kegyedből

Néki. Valóban

Általad szépen hevül a' Magyarnek
Keble élesztő öröm' érzetére:
Pártfogásodból szeme serken, ősi

Nyelve tenyészik.

Nemzetünk TŐLED fölemelkedettebb
Szellemet, TŐLED nyere lelkesítést:
Ápolónk, 's minden haladásainknak

Csillaga voltál.

Melly magas lelkű hatalomhoz illő
Öntudat népét jelesen mivelní,
'S milliók' hasznát gyarapítva, mindent

Tenni vidámmá!

JÓSEFÜNK! méltán TENEKED sajátod
Illy öröm, 's oh bár szavakat találnánk
Égi szívednek sokasult kegyelmit

Vallani nyilván!

Melly dicső tettek, Fejedelmi Herczeg!
Megnyerék régen NEKED a' magyar hon'
ATYJA' szép címét, 's elenyészhetetlen

Hálaadását.

Főn marad kedves neved a' hazában,
S míg magyar' földjét Duna nedvesíti,
'Lélsz sok áldásban, nemes érdemidről

Zengnek utódink.

Mink pedig buzgón amaz alvilágnak
 Aszszonyit kérjük: fonalát Urunknak
 Úgy kiterjeszszék, hogy egész világot
 Altal övezze.

— — *A' Pozsonyi FőGymn. költészeti hallgatói*

De Felicitate.

„Vivere omnes beate volunt, sed ad pervidendum, quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant.“ Seneca de vita beata cap. 1-mo.

Nihil ita vagum incertumque est, quam cum felicem dicimus, de quo vix saepe constat, nobisne an sibi videatur. At finem propositum consecutus est: felicemne ergo dicimus? Id ne quaerimus quidem, in proponendis finibus quam felix? sitne consilio adjutus, an fortuna?

Mihi quidem conditio miserabilis videtur ex fortuna pendentis, ut multo praestantius sit fortunae fabros esse et consilio valere.

Utcunque fuerit, inquis, satis est voti compotem exstitisse. — Satis, nisi voto ipso miseri essent: quid si enim sibi quis scabiem puriginis gratia optarit, quia forte magna illi est in perfricanda scabie voluptas? Scabiem dico: intellige illecebras omnes sensuum, eadem enim est omnibus natura. Bruta certe, tam prope ad nos posita, con-

sortio suo et naturae similitudine nos admonere videntur, quam dejecta sors eorum sit, qui sensibus ad expetendam felicitatem ducuntur. Hinc sapientes recta ratio semper a sensibus abduxit, qui feliciores sibi visi sunt, si domitis cupiditatibus abstinerent, quam si ruerent in voluptates naturae stimulis incitati.

Nec profecto homini satis est, ut alieno imperio, at non suo jure felix sit. Illum suae felicitatis dispensatorem dominumque sortis esse oportet, ut jussisse magis quam implorasse fortunam videatur. Quis enim abjecta libertate possit esse felix? Servitus utcunque dotata infelix est: — servitutem dico, non qua partes officii explentur (haec enim libera est ac sola esse potest), sed quae mores dissolutos et licentiam pro libertate, libidinemque pro legibus exercet; moralem hanc dico servitutem. In hoc statu (si status, ac non potius destitutio dici debet) versantur, qui sui impotentes nec parere sibi, nec imperare pares sunt, quos quidem ego non modo non felices esse judico, sed etiam felicitatis incapaces. Exclusi a se ipsis vagantur foras tamquam in solo alieno, nihil proprium habentes. Fruuntur bonis, dum permittitur frui iis quidem, quae consumunt fruendo, incerti, quamdiu fruantur: nam etsi per fortunam liceat, natura forte recusabit. Ex omni parte obsidentur metu ignari bonorum, quae dari, quae eripi non

possunt; neque enim a fortuna commodata sunt, aut naturae beneficio collata, sed ex ipso penu libertatis deprompta. Scilicet liberum est frui bonis, quibus tuto possumus carere. Debentur haec virtuti, cui fortuna paret naturaque omnis deservit. „Et motus quidem turbulenti, jactationesque animorum incitatae et impetu inconsiderato elatae, rationem omnem repellentes vitae beatae nullam partem relinquunt. Illi beati, quos nulli metus terrent, nullae aegritudines exedunt, nullae libidines incitant, nullae fuitiles laetitiae et exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.“ (Cicero in Quaestionibus Tusculanis lib. V. cap. 6.) Quapropter monet Horatius (carm. lib. II. ode 3.):

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Laetitia. —

Nimirum felicitas, quam non expetit virtus, injussa paret, et parendo consequitur virtutem, nullo nexu, nulla necessitate consequendi, ut intelligamus adeo sibi sufficere virtutem, ut neque ipsa sit felicitatis instrumentum, nec felicitas virtutis. *) At

*) Virtus repulsae nescia sordidae
Intamitatis fulget honoribus:
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis aurae.
Virtus recludens immeritis mori

cum finem supremum in sola virtute reponimus, tum summa fide credimus, ad hunc omnia finem ultro consentire, vereque dictum illud: si Deus vult, fortuna debet — hic potissimum valere.

De virtute morali ac divina intelligi haec debent, quam ideo a civilibus et humanis probe distingvendam putamus. — Alia in his ratio est, quibus honos, dignitas et opulentia comparatur; quare nec illa quidem, quae pro famae et nominis immortalitate fortiter suscepta sunt, divinis his virtutibus accensenda putamus, quae nihil praeter sanctitatem mortalemque hominis libertatem intendunt. Divinam hanc virtutem inculcat doctrina christiana, asseritque nihil illam sequentibus deesse ultroque omnia obvenire; hanc praecepta philosophorum, quae non accommodata tempori, sed legibus aeternis constituta ac defixa sunt, hominesque ultra mortalitatem sapere docuerunt, ut felicitatem non in bonis, quibus fruuntur, sed in fruendi libertate collocandam putarent; unam hanc esse virtutem pro se et per se expetendam, eosque demum esse capaces felicitatis, qui felicitate digni essent, summumque bonum non in alia re, quam in summa libertate fruendi consistere.

Coelum, negata tentat ire via,
Coetusque vulgares et udam
Spernit humum fugiente penna.

Horat. Carm. L. II. Ode 2.

Veri nominis felicitatem itaque nihil est, quod nobis adferat, quam virtus sincera seu pura arduaque, studiumque perpetuum legibus rationis atque divinis rite cognitis satisfaciendi. Seneca quoque (epistola 16.) monet: „Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum foeneret, a quam multis salutetur, quam pretioso incumbat lecto, quam pellucido poculo bibat, sed quam bonus sit. Bonus autem est, si ratio explicita et recta est, et ad naturae voluntatem accommodata. Haec vocatur virtus, h. e. honestum et unicum hominis bonum.“

R—y.

*Főtiszt. Horváth József, Kalocsai Kanonok'
nagylelkü végrendelete.*

A' nemes tett, soha sem hatás nélküli az emberre, sőt hason' nemes tett' gyakorlatára hatalmas ösztönt terjeszt; ez oka, hogy nem régen elhunyt Főtiszt. Horváth József Kalocsai érseki egyház' hajdan olvasókanonokja végrendeletének némelly pontjait közölni hazafiúi érzelmünknel fogva sietünk: 2-dik szám alatt. A' kalocsai főtemplomban szolgálendő Sz. Misékre 1000 pengő forintnyi alapítványt tett. 3-dik sz. Horgas, Fajs, Sükösd helységek, Ó-Becse mező város (melly helyekkel plebánusi öszve-

köttetésben állott egykor) templomainak külön külön 1000, öszv. 4000 p. ft. alapítvány, kamatját Sz. Misékre, az oltári szentség előtt világítandó lámpa tűzének költségeire; és az inséggel, aggsággal, betegséggel küszködő házi szegények ápolására; 4-dik sz. a' veszprémi megyében kebelezett Siófok plebániái templomának szinte 1000 p. fr. az előbbi szám szerint rendele. — 12-dik sz. A' süket-némák, — vakok', — és tébolyodottak' intézeteire külön külön 100 öszv. 300 p. ft. 13-dik sz. A' nemzeti nyelv (mellynek haladása örömei egyike volt) művelésére 6000 p. ft. tőkepénzt áldozott, mellynek kamatja évenként a' pesti m. k. Egyetem' theologiai kara által legjobbnak találandó vallási, főleg erkölcsi egyedül magyar nyelvű íratok' jutalmazására fordítandó. 15-dik sz. alatt 1000 p. fr. alapítvány kamatját magyar, vagy deák, és nem más nyelvű évenként az új áldozó papok közt elosztandó biblia, 's egyéb könyvek' megszerzésére ajándékozott. — 16-dik sz. A' horgasi, fászi, sükösdí, óbecsei községek' gyermekeinek tanulási szorgalmuk' ösztönéül külön külön 200 öszv. 800 p. ft. olly móddal hagyott, hogy kamatja imádságos, iskolai, és egyéb erkölcsöt nemesítő könyvekre fordítván, ezek a' gyermekek közt évenként elosztassanak. 17. sz. Ugyanezen egyházaknak öszvesen véve 1000 p. fr. alapítvány kamatját évenként egymás után ruhabeli szükségéik' fedezésére in-

tézé. 18. és 19. sz. A' horgasi és csanádi (Pest. várm.) tanítóknak segedelmére külön külön 500 öszv. 1000 p. ft. alapítvány' kamatját rendelé, kikötvén a' szorgalmas 's buzgó tanítást; ellenkező esetben ezen jótéteményt a' szegényekre fordítatni parancsolta. 20-dik sz. A' horgasi templomnak még 1000 p. ft. egy oltár építésre hagyott. Továbbá a' kalocsai káptalan uradalmához tartozó helységek iskoláinak 600 p. ft. a' 16-dik szám alatti móddal használandót, és végre a' fenmaradó négy egyenlő részekre osztandó massájának egy részét a' kalocsai házi szegények' segedelmére, más részét az éjszak Amerikába küldött missiok' gyámolítására, negyedikét a' kalocsai ispotályra fordítani; egyéb apró káptalani jövedelmeit pedig a' házanként koldulók' számára rendelte. Az emberiség' hálája legyen emléken!

H. T.

Mire van fő szüksége a' Statusnak

most, midőn az ész halad, a' boldogság pedig hanyatlík? *)

A' király' életére törekedett Alibaudnak ügye forogván ítélőszék előtt, e' kérdést tevő az ítélők' egyike: „Ugyan mi

*) Azt a' mi jó 's üdvözséges össze szedni 's terjeszteni mindenkinek kötelessége.

lehet annak oka, hogy most olly gyakran, 's olly borzasztó vétségekét követnek-el? — E' kérdés mind a' jelenlevőknek, mind a' hirlapíróknak, mind pedig másoknak is tárgyul szolgált az elmélkedésre; és szült is különbféle véleményt; némellyek azt mondák, hogy kevés az iskola; mások, hogy az iskolák tökéletlenek; de mindnyájan az iskolákat vádolák; lehet e itt keresni annak okát, 's ha nem, hol lehet, — lássuk mi is.

Más' kárán tanul az okos; némelly nemzetek már ott állanak, hova mi talán század' multával is alig érhetünk; ők; mint-hogy maguk törték-meg az utat, könnyen eltévedhettek, 's mint a' tapasztalás mutatja, el is tévedtek; mi az azok által eszközölt jót fordítsuk hasznunkra, de tévedésiket kerüljük. Ne halaszszuk pedig e' dologt más időre, mert a' veszély sürget, 's ha elejét nem álljuk, akkor veszszük csak észre, midőn a' baj már gyógyíthatlanná lett. Ha magam volnék első, ki illy intő sőt esdeklő észrevételeket bocsátok-közre, Dunának vétvén csekély mellemet, follytának ha nem is ellenkező, legalább a' jelentől igen különböző irányt törekedném adni; de szerencsére már mások is, és pedig több jeget törték előttem. Mondom tehát:

1) Az iskolák, ha legszámosbak 's legjobbak is, nem képesek

az embert ollyanná tenni, millyennek lennie kell. Nemcsak azt, mire szükségünk van, mivel Istenünknek, mivel minmagunknak, ember- 's egyéb teremtménytársainknak tartozunk, kell tudnunk: hanem jóknak is kell lennünk, azaz: nem csak értelem, hanem akarat, szándék és szívképen is, mennyire lehet, tökéleteseknek kell lennünk, hogy magunk megelégedettek, boldogak, másokra nézve pedig boldogítók, azaz jó polgárok lehessünk. — Ki szép észszel 's jó tudománnyal bir, de szándéka rossz, az rettentő másokra nézve, és pedig annál rettentőbb, mennél nagyobb e' kettő között az aránytalanság, mennél nagyobb az ész' műveltsége, 's mennél alábbvaló a' szív. — A' szív pedig ha jó, bármilyen legyen az ész, boldogítja az mind tulajdonosát, mind pedig ennek egész körét; csak hogy ez azon arányban történik, mellyben az ész' ismeretei állnak; mennél nagyobb jószívü emberben az ész, annál boldogítóbb ő azokra nézve, kikkel él. — Az ész maga szív nélkül csak rosszat, ez ész nélkül csak jót; ellenkezőt pedig másik rész nélkül mindkettő csak véletlenül eszközölhet. — Már pedig vegyük fontolatra: mi történik, 's mi történhetik az iskolában? olvasni, írni, számolgatni kisebbekben; föld-, nép-, természetleírást, nyelveket nagyobbakban tanulhatni; mindezek nemde csak az észet gazdagítják, 's a' szívet érintetlenül

hagyják. Igaz ugyan, hogy vallás, azaz: hit 's erkölcstudomány is tanítatik ott, de ezek felülműlják a' kisebb gyermekek' fogékonyságát, 's a' mit értenek is, feledékenységbe megy, ha mindennapi életben gyakorlásba nem hozatik, és ha tapasztalásból, mint valóban igaz és jó, élénken el nem ismeretik. Már pedig hány óraig társalkodik a' gyermek tanítójival? hányig ellenben másokkal, kik életére valóban hatnak, 's a' csekély csirát, melly iskolában a' jó 's igaz iránt a' gyermek' szívében kezdődött, százszor elfojthatják? Tehát azokra is, kik folytatják az iskolákat, a' tanító kevéssé hathat szívéreklőleg, mennyivel kevésbbé azokra, kik kiskorukban, mihelyt olvasni, írni és talán számolni tudnak, azokból kimaradnak? 's így magok ész és szokás által megerősült, jó elvek nélkül még csupa utánozásra hajlandók, feleik közé vegyülnek, itt kétségkívül az iskolában tanult jót elfelejtendők, a' látott rosszat pedig azzal együtt, mellyett honn találnak, megtartják. — A' tanító mint kormányzó 's a' törvénynek követelője hat itt tanítványaira, mi annyi között inkább töltetés mint szeretet által eshetik-meg; ez pedig az erénynek — a' szeretet' magzatjának — nem lehet mindegyiknél szülője; és így legfeljebb a' behatás, mellyet gyermekre a' tanítónak külseje tesz, marad még fenn az emlékezetben, mi maga is, ha a' tanítók gyakran változnak, elenyészik. Mit

tehet hát a' legjobb tanító is növendékinek moralitására, ha más körülmények közösen nem segítik ügyekezését? Ide járul még az is, hogy hivatalos órákban sem lehet a' tanító mindenkor és mindenhol tanítványival; mivel pedig lehetlen csak gondolni is, hogy sok között rosszszak is ne legyenek, ezek példájokkal olly rosszakra birhatják az ártatlánokat, melyekről azelőtt mitsem tudtak. —

De talán csak pusztá elmefuttatás ez, 's a' tapasztalás a' dolgot egészen máskép adja-elő? oh épen nem! 's hogy erről meggyőződünk, tekintsük a' nemzeteket, melyeknél az iskolák legnagyobb virágzásban vannak. Valljon minő ezeknél a' megelégedésre, bátorságra 's boldogságra czélzó morálnak állapota? — Hirlapjaink' egyike f. évi jan. 4. miután elbeszélte a' király' életére történt már ötödik merényt, ekép szóló levelét közli egy párisinak: „Francziaországban majd mindenfelé naponkint fordulnak-elő esetek, melyek bizonyítják, milly szakadozottak a' status' rendét összetartó eddigi kötelek. Mi szomorú dolog a' legtulságosb vigyázati szabályokhoz folyamodásra kényszerítve lenni! A' tüileriák' mostani őriztetése csakugyan ijesztő. A' palota' közepén pavillon alatt egy zászlóalj katonaság őrködik éjenkint, a' király' szobája melletti teremben pedig folyvást 15 ember van ébren, kik a' legkisebb zörrenésre kéznél vannak; 's ezenkívül még több osztály katonaság vi-

gyáz, jár kell a' tüileriakertben 's királyi-
vár' közelében, kemény töltésű fegyverek-
kel. — E' mellett — 's ez a' legvalóbb
— naponkint szaporodnak a' rablások 's be-
törések a' magányos házaknál. Minden kép-
zeletet meghaladó szemtelenséggel üzik a'
tolvajok mesterségöket, és pedig nem csak
éjjel, hanem estve, sőt világos nappal is. "A'
csínosodásnak, melly csak külön és köz-
jóra czélózhat, 's melly a' mondott ország-
ban fő lépcsőre jötnék mondatik, ha nincs
más haszna, mint a' mondott, köszönjük azt
's kerüljük, vagy ha az iskolák segíthetné-
nek az erkölcsiség' romlásán, ugyan hol tör-
ténhetnék ez meg inkább, mint Galliában,
hol számos és remekebb iskolák már nem
is lehetnek, mint jelenleg vannak. — An-
gliáról hasonlót mondhatnánk, ha azok, kik
nyilvános lapokba jutnak, dusak levén,
nem erényök hanem kincseik által megelé-
gült állapotba helyeztetve, nagyobb számu-
ak nem volnának azoknál, kik indulataik'
szélvészének a' szegénység miatt nem enged-
hetnek annyira, hogy gonoszságuk' hire hoz-
zánk elhasson. Hogy azonban itt a' meg-
elégtelenségnek talán fő széke van, bizo-
nyítják a' számos öngyilkolás, és száműzés,
's itt inkább a' szoros szerkezetű rendőrség-
től félelem, mint jó szándék fékezi a' soka-
ságot. Spanyolország 's Portugáliáról hallga-
tok, mert kiki tudja, hogy ezek jelenleg a'
boldogtalanságnak fő fokán állnak, ámbár itt

is az iskolák nem rossz karban állottak. — Éjszakamerikának jobb ugyan számos iskolája mellett sorsa, de nem is bizza egyedül ezekre magát, hanem más hasznos intézetekhez is lát, 's kevés népe lévén, bőven elláthatja polgárinak szükségeit, 's így önkint elenyészik a' szenvedélyek' kitörésének alkalmá. —

Igy tehát mind a' józan fontolgatás mind pedig a' tapasztalás bizonyítja, hogy az iskolák nem elégségesek az akaratnak művelésére, még azoknál sem, kik azokba járnak, 's így még más eszközökre is van szükség, mellyek azt, mit az iskolák nem tehetnek, megtegyék; főképen nálunk, hol a' kisebb jó iskolák' száma kevés *) a' tanítókat gyakran nem fizetik, nem jutalmazták, nem lelkesítik, mint illenék. Hát azokról mit mondjunk, kiket a' szülők vagy szegénységből vagy tudatlanságból magok tartóztatnak-vissza az iskolától? 's így az ember magára hagyatik, szükségei naponként szaporodnak, szenvedélyei nagyobbulnak, ő maga telhetlenebbé 's nagyobbra-vágyóvá lesz, 's a' mindezeket fékezni képes vallás' befolyása gyengül. Ébredjünk-fel, vegyük elejét a' bálmulásig áradó rosznak; keressük-fel annak okait, távoztassuk-el ezeket, 's a' jelen bajt orvosoljuk; mert különben reánk is borzasztó jövő vár. Ide pedig ne-

*) Ha a' szerző mind azokra figyelmeztet, miket a' Praeparandiáról, a' tanítók' 's tanulók' serkentetésökről (nézd e' lapok' 120, 125-ik old. is) Egerben, Pécsen, Wessprimben, Rozsnón, Szepességben 'sat. hírlapjaink jelentettek: e' részben is jobb reménységgel lehet.

mellyek a' státus' részéről, 's némellyek a' szülékéről kívántatnak. (Folytatás következik.)

Denominaciones.

SSma C. R. et Ap. Majestas altissimar resolutione de 4. Apr. a. c. Canonico Custodi V. Capituli Csanadiensis, Jos. Róka, Abbatiam titularem S. Gerardi de Csanád, alias Bernardi, benignissime conferre dignata est.

S. C. R. et Ap. Majestas altissima resolutione de 4. Apr. h. a. duo vacantia in Capitulo Zagradiensi stalla canonicalia Parocho Selleni, Emerico Pendelin, et Parocho Csucsersjensi, Ignatio Rochich benign. contulit.

RR. Daniel Szárnyai f.

Proxime praeterlapso mense Aprili mortem oppetiit RR. ac Cl. D. Daniel Szárnyai, Cath. Ecclesiae Nitriensis Canonicus Honorarius, AA. LL. et Philosophiae Doctor, S. Theologiae Baccalaureus, in Lyceo Eppali Nitriensi Physicae, Oeconomiae Ruralis, Mathematicos et Doctrinae Religionis Professor; Caeo-Regiae Moravico-Silesiticae Agrariae, Meteorologicae, Chemicae, Technologicae, et Physico-Nationalis Societatis Actuale e Primariis Membrum Correspondens; S. Sedis Consistorialis et II. Sedium Praedialium de Verebély et Szent-György T. J. Assessor.

Excel. Eppus Veszprim. Jos. Kopácsy die 29. Ap. adpulit Pestinum, Agriam pro benedictione magnificae ecclesiae cath. die 6. Maji suscipienda iter factururus.

S E R M O

de utilitate ac necessitate Studii Juris Patrii relate ad Clerum Ecclesiae Hungaricae habitus in Lyceo Episcopali Alba-Regalensi A. 183⁵/₆ ab

Ignatio Petrik,

Officii Vicar. Secretarie, Archivario, S. Sedis Assessore et in eodem Lyceo Juris Patrii Prof. Extraord.

In hodiernae diei solenniis, — auspicio novi anni scholastici dicatis, — in spiritu humilitatis, animoque contrito ad aram Omnipotentis invocata Spiritus S. gratia, Dignissimi Auditores! de vestra nonnisi singulari in me locata fiducia, — non sine conscientia tenuitatis virium mearum, — ad dicendum conspicuam hanc provinciam assumens, — ora, vultusque vestros venerandos, omnium et singulorum interno quopiam nondum remittente animi dolore, nonnihil adhuc affici, — et in isto oeco sacro trium magnorum virorum, ante unum ab hinc annum hujus Instituti Ecclesiastici Praesidium et Columnen constituentium praesentiam desiderari, — maximo cum animi moerore conspicio. —

Ita est, Spectatissimi Auditores! si dilectissimi fratris et amici, — munificentissimi Moecenatis, — amantissimi patris praematurus obitus, — corda amicorum, clientum et filiorum gravi sauciat vulnere; — quanto acerbius et funestius id nobis omnibus accidere debuit, dum infra velocem unius trimestris anni praeterlapsi decursum, — pri-

mo omnium sacer hic et venerabilis Senatus membro doctissimo, profunda mentis perspicacia et s. eloquentiae laude conspicuo, quondam Ecclesiastici hujus Collegii Doctore clarissimo, — ultimisque vitae suae annis in Regni Comitibus Jurium Ecclesiae propugnatore eximio privatus; *) — mox alma haec Dioecesis Praesule suo Excellentissimo, Ecclesia Hungarica Oratore s. celeberrimo, viro omnigena eruditione ornatissimo orbata, inque lugubrem viduitatis statum dejecta; **) et dum recte in procinctu persolvendorum justorum parentalium constitueretur, ipso etiam Vicario Generali Capitulari, una Venerabilis hujus Lycei spatio triginta prope annorum Pro-Directore meritissimo, Sacri Senatus Praeposito Majore et Canonico dignissimo, Viro ab insigni in Deum pietate, promovendi cultus divini, et procurandae animarum salutis cupidissimo, profusa item in pauperes et literas liberalitate ac beneficentia in annalibus Ecclesiae Alba-Regalensis in aevum perennaturo, destituta est! ***)

*) RRmus D. Jos. Majer, Cath. Eccl. Alba-Regal. Custos et Canonicus, Poenitentiarius, Synodalis Examinator, S. Theol. Doctor Collegiatus, S. Sedis Consist. et II. Cottuum Arad, Schimegh, Veszprim et Albensis Tab. Jud. Assessor. Obiit die 13. Dec. 1834. aetatis anno 50.

**) Excellentissimus, Illust. et RRmus Dnus Joan. Horvath, Eppus Alba-Regalensis, S. C. et R. A. Maj. Act. Int. Status Consiliarius. Obiit Posonii in Regni Comitibus die 16. Jan. 1835. aetatis anno 66.

***) RRmus D. Paulus Simonyi, Abbas S. Mauritii de Bóth, Cath. Eccl. Alba-Regalen. Praepositus Major et Canonicus, Sede Eppali vacante per Dioecesim Alba-regalensem Vicarius et Causarum Auditor Gen. Capitularis etc. Obiit die 21. Febr. 1835. aetatis anno 70.

O fallaces et instabiles mortalium spes! — O luctuosam, tristissimamque almae hujus Dioecesis calamitatem!

Ast ita fuit beneplacitum divinae voluntati, cujus omnipotenti nutui cuncta hujus universi entia summa et ima, pari ratione subsunt et obsequuntur. — Plene igitur conquiescite, Dignissimi Auditores! in hac Patris coelestis dispositione: non enim tardabit, sed jam benigne etiam incepit tristitiam vestram tempore opportuno in gaudium et laetitiamvertere *); *habet namque teste Plinio **)* *has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat utrorumque semina Deus, et plerumque bonorum, malorumque causae sub diversa specie latent.* Una veniam oranti mihi tribuite, hac occasione per me justum dolorem vestrum renovatum esse; — nam qua ratione secus quivissem filum orationis meae hodiernae rectius pertexere, quam gratissima mente recogitando: inter intensissima divi Praesulis nostri in bonum Ecclesiae et Summi terrae Principis usque ad extremum vitae halitum continuata studia, non postremum illud quoque fuisse, mediis opportunis procurare, ut Junior Clerus secundum altissimas Aug. Regis intentiones, ne dum solida in disciplinis sacris eruditione excolatur: verum etiam adcommoda Juris Patrii doctrina debite instruat.

*) Maximum animi solatium et Clero, et populo Dioecesis Alba-Regal. recentissime adtulit ben. Nominatio in Eppum Dioec. Illmi ac RR. D. Lad. e L. B. Barkóczy de Szala, ad I. T. R. Praelati, nedum splendore Natalium, sed etiam propriis eximiis virtutibus conspicui.

**) Plin. Paneg. V.

Prospexit namque vir acutissimus ea adesse tempora, quibus Ministros sacros, praeter quam quod *semper paratos* esse oporteat *ad satisfactionem* omni poscenti rationem de ea, quae in nobis est, spe; *) insuper etiam in studio Juris Patrii ita apprime versatos esse conveniat, quo et altissimae voluntati regiae sufficienter respondere, et proprium Status ecclesiastici decorem ac emolumentum pro viribus conservare, et magis usque provehere valeant. —

Sinite igitur Auditores dignissimi! ut brevi hocce ad dicendum tempore constituto, in isto religionis et literarum domicilio, de dignitate, et usu, quin et necessitate studii Juris Patrii etiam Clerum Ecclesiae Hungaricae respiciente, proloquar verba non tam facundiae, quam intimae convictionis et charitatis, sine quibus fucata et perniciosa esset vita nostra;—quumve non aliud quam illustrem dignitatem vestram prae oculis habeam, plene confido, me per vos propensa benevolentia, animoque placido exceptum iri, favete.

* * *

Suprema cujusvis Societatis civilis Lex, — Salus publica, e securitate interna et externa, atque commoditate vitae consurgens, — non tam potentiae armorum, quam vigori, et sanctimoniae legum, velut basi libertatis civilis et securitatis innititur. — *Sine legibus enim*, ut recte post Ciceronem advertit Tribonianus noster: **) *nec domus ulla*,

*) 1. Petri 3. V. 15.

**) Auctor Tripart. in Praefat.

*nec civitas, nec gens, nec hominum universorum genus, nec rerum natura omnis stare potest. — Arma equidem imperia parant, ast leges parta conservant; sunt enim leges muri et fundamenta civitatis; in his salus bonorum, in his pacis consilia continentur. Quod statumus, quod incedimus, quod secure vitam agimus, id totum est Juris ac Legum defensionis tribuendum. Quibus sublatis, bonis viris nullus esset locus in civitate, aut turpissimis semper afficerentur injuriis; ut adeo merito quaerat S. Augustinus: Quid sunt sine legibus regna, nisi magna latrocinia? Hinc, qui libertatem in eo collocant, nullis ut legibus obstricti vivant, contra felicitatem publicam, quin et privatam propriam, in priori contentam, agunt. Hanc dignitatem et necessitatem Legum et Juris probat etiam testimonium veteris illius, magnaeque Romae, quae non magis animo, quam consilio, neque tam armis, quam legibus Reipublicae magnitudinem comparandam censuit, missisque ad omnes Graeciae civitates legatis quaesivit, non quae virtus bellica, aut disciplina militaris Marathonios campos et Thermopylas illustres reddiderit, atque clarissimas de Persis ad Salaminam et Plataeas victorias reportaverit? sed potius percontabatur, quibus institutis Rempublicam gubernarent, traductisque ad se Atticis legibus, *) decemvirum judicio duodecim tabulas conscripsit, Jusque Romanum illud sapientissimum condidit, cujus hodie magna utilitas et dignitas est. — Scilicet haec firmissima fore futurae magnitudinis fundamenta*

*) Petav. Rationar. T. I. O. 3. C. 7. Johann v. Müller Allgemeine Geschichte. I. B. VI. Buch.

existimavit, hoc constituta praesidio, confirmataque Patria, brevi auctum iri Reipublicae opes, seque orbis Terrae Imperio potituram non dubitavit.

Id ipsum exemplo suo docuerunt etiam Majores nostri, qui testibus extraneis et domesticis scriptoribus, circa finem saeculi noni victricibus armis in Europam, signanter viciniam hodiernae Crimaeae ingressi, non solum systema civitatum, primam apud eos Regiminis formam, electo duce Arpade in monarchicam commutarunt, verum etiam eadem opportunitate saluberrimas quoque leges tulerunt, fusoque in vas sanguine, deposito ab Electoribus solenni juramento firmarunt, deinceps quoque sub primis ducibus religiose observatas; *) postmodum vero introducta lege Evangelica, sapientissimis divorum Regum decretis et Constitutionibus, temporum necessitati adcommodatis, salus publica et privata civium, decursu octo saeculorum, feliciter conservata et ultro promota existit.

Inter has leges patrias, a Juris prudentia vitam et spiritum acquirentes, principem locum occupant Leges ad Jus publicum Regni nostri spectantes; quae enim doctrina potest esse vero Patriae filio dignior, utiliorve, quam debite scire a vitae Hungariae Constitutionis fundamenta, riteque perspectum habere Legum, Juriumque ad totius Regni gubernationem, publicamque ejus administrationem pertinentium complexum? quumve libertas, omnisque actionum civilium securitas, a

*) Anonym. Hist. Cap. 5. 6. Item Dissertat. historico-crit. Poson. 1832 Diss. I.

legibus dependeat, hi libertatis limites civium cui-
libet planissime noscendi sunt; — et quamvis mi-
nime censeam, neminem, nisi eruditum literis, u-
tilem patriae civem esse posse, attamen, nisi hi,
qui de salute et felicitate communi tuenda, et a-
genda in Senatu Regis, in Regni Comitibus, in pu-
blicis Comitatum Congregationibus deliberant, e-
gregie sint ea disciplina exculti, quae regere civi-
tatem consiliis, fundare legibus, emendare judiciis
docet, multis, iisque praecipuis muneris sui parti-
bus necessario defuturos in propatulo est. — Cujus
studii utilitas et necessitas, non dico viros profa-
nos solum, sed et Ministros Ecclesiae Hungaricae
respicit. — Sicut enim coelestis ad munus Aposto-
latus divi Pauli vocatio, hunc decore et Juribus
Civis Romani non privavit, sed in adversis vitae
humanae fatis Illi praesidium attulit; *) ita: *per*
hoc, — quod quispiam *Statui Clericali se addicat, Civis*
suae Patriae esse non desinit, neque Juribus Civitatis
excidit, aut obligationibus solvitur, verum ratione
hujus qualitatis, peculiaribus adhuc, iisque eximiis ju-
ribus, immunitatibus et praerogativis per Leges orna-
tur, sed una, novis etiam obligationibus obstringitur. **)

Profundissima hic cor meum accenditur vene-
ratione et pietate erga gentis nostrae S. Proto-Re-
gem et Apostolum, cujus immensa fere erga Nati-
onem paterno suo sceptro subjectam collata tam
temporalia, quam spiritualia beneficia, Sancto huic
Regi in coelis quidem coronam gloriae immarce-
scibilem, in terris vero, — donec verae virtuti

*) Act. Apost. Cap. 22. V. 28. 29.

**) Kelemen Instit. J. H. Pr. T. II. pag. 218.

suus constiterit honos, et decus, Nomini ejus monumentum immortale, devotionis et gratitudinis posuere. — — — Hujus D. Proto-Règis Edicto, in capite legum patriarum posito conformiter, Natio Hungara multorum saeculorum defluxu, Clerum Catholicum, — velut primum et dignissimum Regni Statum, *Solum Regis praecipue ornantem*, *) venerata est, et usque praesentem diem veneratur: — nec immerito, — nam Religio cum suis S. Ministris, in christianis Statibus firmiora reddit illa vincula, quae Populum et Principem in promovendo bono communi nectunt, — et vinculum Dei cum hominibus, si illud a Regnante et Populo aestimetur et ametur, longe efficacius sublimiusque sancit et roborat utriusque Partis Jura et obligationes, quam qualiscunque specioso titulo nuncupari solitus socialis Contractus, qui velut idealis theoria ad omnia jura perturbanda, cunctaque officia dissolvenda viam aperit. O utinam, et modo sicut olim, — tam alte infixam maneret cordibus nostris virtus religionis! quando potestas civilis protexit Ecclesiam, et Ecclesia sanctificavit potestatem civilem, — sibi invicem mutuam opem et adjutorium exhibendo. — Nam in Monarchiis Thronus innititur Altari, — in quantum principia et sensa ab Altari procedentia Thronum cum Populo, et Populum cum Throno uniunt et coagmentant. Invisibilia fulcra Thronorum pro certo non sunt debilissima, invisibilia vadimonia populorum non sunt incertissima. **)

*) S. Stephan. Decret. L. I. C. 3.

**) Fr. Ancillon. Ueber den Geist der Staatsverfassungen. Berlin 1825. pag. 49. 51 seqq.

Hinc recte advertit Livius dum dicit: *est boni Principis religionem primum omnium constituere.* — Aut quaerit aliquis apud nos fructus Ministrorum S. Religionis? — absit invidia verbo, ignota cui sunt immortalia de Rege et Patria, de Religione et scientiis, de humanitate et bonis artibus, inde ab incunabulis Regni comparata merita, quae Clerum Hungaricum toto orbe illustrem reddidere? Licet autem nullum fere existat provehendae salutis publicae medium, quod Clerus Ecclesiae Hungaricae pro ardentissimo suo erga dulcem Patriam amore non adhibuisset, semper tamen singularem in eo reponere videbatur gloriam, si in Constitutione Patria efformanda, tuenda et obvallanda praecipuas partes capere potuit. — Silentio hic praeterire non possum, fidedignum una ac antiquissimum Hartvici Episcopi in vita S. Stephani his verbis contentum testimonium (S. Stephanus) *Post acceptum regalis excellentiae signum, qualis vitae vir, et discretionis fuerit, cum Episcopis et Primatibus Hungariae statutum a se decretum manifestum facit.* — *Et subscriptione foederis non pereuntis, posteris suis reliquit stabilitum.* *) E quo manifeste patet: decretum S. Stephani etiam *de Consilio Episcoporum* fuisse latum, publicatumque. — Hunc autem divum Proto-Regem totius Constitutionis et Civilisationis hungarae praecipuum fundatorem fuisse, praeter alia innuit praefatio Bullae aureae in haec verba: *Concedimus* (inquit Andreas II. Rex) *tam Eis (Nobilibus), quam aliis Regni nostri hominibus libertatem a S. Rege Ste-*

*) Hartvic. vita S. Stephani Budae 1836. pag. 46.

phano concessam; — similibus verbis utitur Bela IV. in Decreti sui de anno 1267 praefatione.

Clerus Ecclesiae Hungaricae hanc eminentem Status sui praerogativam usque praesentem diem feliciter conservavit, et quibusvis adversitatibus temporibus praeter zelosam Officiorum spiritualium adimplentionem, et bonis suis, sanguineque proprio, et sapientibus consiliis, fidelibusque Regi et Regno praestitis servitiis, salutem publicam insigniter provexit. *) — Jam dicite mihi quaeso Auditores Spectatissimi! qui fieri possit, ut quis tam conspicuo in Senatu Regis et Regni subsellio, debite fungiqueat, absque adaequata Status Regni publici, ipsiusque Juris Patrii fundata notitia?

Et qui nondum plene perspiceret, quanta Majores nostri Ecclesiastici in materia etiam Juris Patrii praediti fuerint doctrina, illi satis erit pervolvere vastissimum legum patriarum codicem, in quo

*) Probant id celeb. Ecclesiae Hungaricae vel ipsius recentioris aetatis Archi- et Episcoporum (signanter: Card. Thomae Bakáts, Pauli de Várda Reg. Locumtenentis, Nic. Oláh Cancellarii R., Ant. Verantii Ferdinandi I. ad Portam Ottomanicam Legati, Card. Petri Pázmán, Conditoris Univ. Tyrnav. et Ferdinandi II. R. ad Aulam Romanam Legati, Georgii Lippay de Zombor Cancellarii R., Georg. Szelepcsényi, Georg. Széchényi, Leop. C. a Kollonich, Bened. Kisdy Fundatoris Academiae Cassov., Thomae C. Pálffy ab Erdőd., Joan. Gubassóczy. Lad. Mattyasovszky, Joan. Gusztinyi, Car. Eszterhazy de Galantha Lycei Agriensis Fundatoris, Jos. Kluch, Card. Alexandri Rudnay et aliorum plurimorum actu etiam viventium Antistitum) immortalia, ne dum de Religione et Ecclesia, sed etiam de Rege et Patria comparata merita!**))

**) Memoria Episcopatus Nittriensis, Posonii 1835. — Nicol. Schmith, Eppi Agriensis, — et Bissecularis memoria Univ. Hung. a Pázmáno conditae Budae 1836.

inde a primis Regum decretis usque recentissimas Leges novellares, — Virorum Ecclesiasticorum non tantum in Comitibus Regni praesentium nomina, et pro communi totius Regni salute ad altare indigentis Patriae promptissimo animo per eosdem oblata sacrificia gratae posteritati legenda exhibentur, verum etiam ipsarum legum collectio et coordinatio, systematicorum operum elaboratio, maxima parte Viris Ecclesiasticis credita fuisse perhibetur, adeo ut eminentem, quo actu pollent in Republica Civili honoris et dignitatis gradum, etiam ob eximiam Juris utriusque peritiam consecuti sint. — Ita sinceras leges Colomanni Regis Monachus quidam Albericus jussu Strigoniensis Archi-Episcopi *Seraphini* compilavit. — Sic Operis Quadripartiti Ferdinandeï perfectio, praeter alios Zagrabiensi et Jaurinensi Episcopis, *Paulo utpote de Gregoriantz et Francisco ab Ujlak* Locumtenenti Regio commissa fuit. — Postmodum ingenti cura, studio et sumtibus celebrium duorum virorum Quinqueecclesiensis et Nitriensis Episcoporum *Nicolai utpote Telegdy et Zachariae Mossóczy* factum est, ut dispersae diversorum Comitiorum Leges ac Decreta in unum Corpus collecta publicam lucem A. 1584 aspexerint, ardentiaque vota et desideria regnicolarum impleta sint. *)

Quis digne hic sciat recensere indefessos labores et eruditas multijuges lucubrationes in materia juridica, statistica et diplomatico historica *Nicolai Oláhi*, *PP. Joannis Szegedy*, *Gabrielis Hevenessy*, *Steph. Kaprinai*, *Samuelis Timonis*, *Ge-*

*) Kelemen Hist. Juris hung. Pr. pag. 325. 347.

orgii Pray, Stephani Katona, Caroli Pálma, Comitibus Ignatii Battyányi Episcopi Transylvaniensis, Caroli Wagner, Nicolai Schmidt, dein novissimorum virorum Stephani Schönvisner, Michaelis et Joannis Horváth, P. Honorii Novotny, Josephi Bentsik, Francisci Madarassy, atque Georgii Fejér, et aliorum, qui studium legum, Rerumque Patriarum dispersis antiquitatum hungaricarum tenebris magis pervium reddere adnisi sunt. — Profecto illustrium horum virorum exempla satis abunde refellunt, praetensam quorumpiam difficultatem, quasi cum disciplinis theologicis scientia Juris Patrii fructuose jungi non posset.

Imo intimius perpensa utriusque potestatis et legislationis sacrae ac profanae origine *) ex hincque enata Juris Canonici cum Jure Civili arctissima connexionione, ultro affirmandum est: Jurisprudentiam Ecclesiasticam a Constitutionibus Principum circa sacra **), jureque publico particulari Regnorum ***), magnum mutuare et subsidium, et suo sensu sumere principium, cum primis in Patria nostra, ubi Augusti Reges Apostolici vi collati eisdem Supremi Juris Patronatus, inde ab initio Regni multas saluberrimas ordinationes, in Codice Legum Patriarum contentas in rebus Ecclesiasticis fecerunt. — —

Dein quivis nostrum sentit, perspecta Legum sapientia, et Constitutionis salubritate fortius, quam soli sive amoenitate, sive fertilitate amorem Patriae

*) Prolog. Tripart. Tit. 6. §. 7.

**) Schenkl, Institut. Juris Eccl. Landishnti 1823. P. I. §. 65.

***) Lakits, Praecogn. Juris Eccl. Univ. Viennae 1775. p. 327.

incedi; earumque cognitione habilitatem conciliari ad tuenda, quae Regi et cuivis ordini virtute legum illaesa servari debent jura et privilegia; hanc autem scientiam Clero, tali praesertim aevo, ubi mobilis ejus spiritus, sacra et profana perturbare; Jura saeculorum usu firmata pervertere; Leges et instituta antiqua abolere, Status Ecclesiastici pristinum respectum et decorem sensim imminuere contendit, summopere necessariam esse, quivis aequus rerum aestimator, et judex ultro agnoscet; simul Deo immortalis maximas gratias pro illo singulari beneficio repedendo, quod dum circa nos multae nationes in ruinis antiquarum constitutionum sitae, motibus intestinis concutiuntur, — nos in amoeno sinu dulcis nostrae Patriae, copia et ubertate naturae productorum nulli Europaeo statui secundae, — non pridem a magnis periculis heroica virtute liberatae, et turbulentis etiam temporibus paterno Augustae domus regnantis Imperio conservatae, sub antiquissimarum libertatum aegide, quietam et securam vitam ducamus, juxta sapientis effatum: in tranquillo tempestatem adversam non optantes, sed potius tempestati quavis ratione subvenire parati.

Ast, ad quid Clericus se miscet negotiis saecularibus? fortasse pro eo, quod in publicis Comitatum et Regni totius congregationibus plurimum desudet, praestaret, si domi suae officiis sanctae vocationis exactius per se satisfaceret. — Non diffiteor a gentium Apostolo dilectum discipulum Timotheum moneri, ut ad exemplum boni militis laboret, *neque se implicet negotiis saecularibus* *) — ast monito isthoc cum primis inculcat, ut ante omnia idem discipulus muneri suo apostolico ex asse incumbat, non excludendo per id ordinatam curam, sive negotiorum hujus vitae, dum et ipse proprio manuum labore semet intertenere gloriabatur, eo minus excludendo moderata studia utili-

*) II. Timoth. C.2. v. 4.

um disciplinarum saecularium, quarum nonnullis et ipse S. Paulus apprimè excultus erat, tum quod similes disciplinae Ministro Sacro in efficacius adimplendo officio instar adminiculi serviant; sic in specie habita requisita legum etiam civilium notitia, fidelibus suis rectius inculcare poterunt, ut actiones suas ad amūssim earundem exigant, illarumque sanctimoniam venerentur; laesi autem ad eas velut sacram anchoram confugiant. — Dein idem Apostolus instruit nos *providere bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus* *); unaque hortatur: *ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*; subjiendo: *non est enim potestas, nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt* **); ista autem potestas sublimior in Patria nostra Clero hanc discendi juris, et pro salute Regni in commune consulendi obligationem impositam hactenus voluit.

Tametsi vero Praelati solum et Canonici ad publicos conventus immediate vocari consueverint, per id tamen reliquus etiam Clerus minor, e quo priores deliguntur, ab officio isthoc sublevari nequeunt; — nam et his multiplex adest bonum publicum tam verbo, quam opere promovendi, et veris Patriae commodis oppositas intentiones, et studia sapientibus consiliis, bonisque principiis ad viam rectam dirigendi, vagosque subin in populo rumores et mendacia praepediendi, aut in ortu suo supprimendi occasio. — Denique quivis Vestrum Auditores Spectatissimi! optime noscit, spiritualium sedium in quavis Dioecesi existentium Judicia et Jurisdictionem, juxta Leges patrias et canonicas exercenda ***); — in locis autem credibilibus legitimas functiones, nonnisi a personis idoneis, juriumque et consuetudinum Regni gnaris peragendas ve-

*) Rom. 12. v. 17.

**) Rom. 13. v. 1.

***) 1559. 40. 1563. 27.

nire *); quod qua ratione absque adaequata utriusque juris cognitione fieri possit? quivis nostrum tacitus perspiciet **).

Neque detrahet quidquam amplissimo studio disciplinarum theologicarum tantopere commendata per me doctrina Juris Patrii, pari extensione, et difficultate laborantis, sed potius leclissimis alumnis S. Theologiæ ipsa etiam momenta indifferentium distractionum, convertet in semen futurae voluptatis intellectualis optatissimum desideratissimum, nam teste M. Tullio: nil tam arduum mortalibus accidere potest, quo ardens amor, et indefessus conatus eluctari non valeat, per amorem enim animus noster excitatur, et subjectis veluti facibus ad agendum inflammatur; diligentia autem facit, ut id, quod eximium, et laude dignum, homines magno conatu, et summo labore assequantur.

Quae cum ita sint: Nemo^{*} Vestrum erit Audi-
tores Dignissimi! qui studium Juris Patrii Clero ju-
niori hoc cumprimis tempore proficuum, quin et
necessarium non agnoscat.

Ad te jam Rssme Dne Lycei Episcopalis Pro-
Director et Vicarie Generalis Capitularis ***) me-
us convertitur sermo, tu a providentia divina in hac
nobilissima statione collocatus, a primis suscepti
Vicarialis Gubernii momentis, diurnas nocturnas-
que curas tuas et sollicitudines, cum primis pro de-
core et gloria hujus viduatæ Ecclesiæ sacrare us-
que in præsens non destitisti! *Mittat tibi Deus de
coelis sanctis suis sedium suarum assitricem sapientiam
ut tecum sit, et tecum laboret, sciasque quid acceptum
sit apud eum. — Cogitationes enim mortalium timidae,
et incertæ providentiæ nostræ****) Sicque munere*

*) 1741. 16. 1765. 11.

***) Szvorényi Jus Publicum Eccl. Hung. Pag. 281.

***) Rmus D. Franc. Farkas, Abbas S. Nicolai E. C.
de Ertsi, Cath. Ecclesiae Alba-Regal. Cantor et Ca-
nonicus etc.

****) Sep. 9.

coelesti confortatus institutum hoc literarium sapienti directione, expertoque favore ultra etiam gratiose complecti digneris.

Vobis autem Rme Dne Rector, caeterique Doctores et Educatores Dignissimi! pulcherrima illa sors obtigit, ut id, sine quo vita nequidem vita dicenda est, Educatio et Institutio juventutis hujus sacrae conatibus, sudoribusque vestris, et praeclaro vitae vestrae exemplo obtineatur. Vobis datum est Ministros Sacros Ecclesiae suppeditare, cordis et mentis cultura praestantissimos.

Postremo vos S. Theologiae Reverendi Alumni! per omne quidquid sanctum et divinum est, oro, et obsecro; ante omnia quidem in hac Crucifixi schola, toto animo ediscite, quae vere de religione credenda, quae pie facienda, ut ametur Deus, coelorumque regnum vi beatissima tandem rapiatur; neque tamen despiciatui habete Clementissimam Divi Francisci Imperatoris et Regis Apostolici intensionem **), prout et paternam episcopalem ordinationem, intuitu tempestive comparandae in jure quoque patrio adcommoda cognitionis stabilitam. Intensi labores Doctorum et Educatorum vestrorum vobis sacra sunt. — Nihil itaque sive in linea morum et disciplinae, sive conatus literarii a vobis juste desiderari patiamini. Amplissimae spes optimi terrae Principis, carae Patriae, Almae Dioecesis Albaregalensis, Parentum, et Superiorum Vestrorum in vos conversae sunt. —

Tanta igitur virium contentione ad saluberrimum studium virtutis et scientiarum incumbite, quo auxiliante divina gratia, — eximiam de vobis conceptam expectationem nedum adaequare, sed et cum gloria superare possitis. Dixi.

*) B. G. Intimata ddo 13-ae Augusti 1833 N. 30.954 ad Praesules Hungariae edita. —

*Auspicatoria novi Praesidentis Americae borealis; et valedictoria munere decedentis
sensa.*

In oratione, quam novus Praesidens Reipublicae Americanae borealis, D. Martinus Buren, tempore auspiciati muneris (die 4-ta Martii) habuit, demonstravit, quemadmodum Unio, non obstantibus cunctis internis et externis tempestatibus, florens firmaque perstiterit, principia dein sua regendi succincte explicuit. Praemisit professionem sensorum suorum relate ad arduam mancipiorum quaestionem, et declaravit sensiones suas:— quod nunquam contra desideria rerum publicarum, mancipia servantium, abolitionem mancipatus in provincia unionis Columbia, svasurus, omnemque in hanc quaestionem, quoad illas Civitates, ingessionem propulsaturus sit, — se sancte servaturum. (vide in seq. pag.) Severam Constitutionis observantiam, et executivae potestatis suae intra constitutionales fines restrictionem velut politicorum suorum principiorum summam designavit. Quod externa reipublicae negotia concernit, pollicitus est, se systema vigans retenturum, foedera, quibus pax periclitaretur, evitaturum, et pacta commercialia mutuis emolumentis superstructa quaesiturum.

„Pro praecessore — ita clausit orator —

mea omniumque vota depromo, ut diu adhuc vivat, et illustri bene exactae vitae vespere laete perfruatur; quod me adtinet, solo Patriae fideliter serviendi desiderio animatus, impavidus justitiae atque benevolentiae ejusdem confido. Praecipuam autem fiduciam in benignissimi Dei protectione colloco, cujus opem fortificantem summa in humilitate imploro, quemve ardentissimis precibus exoro, ut clementer nos omnes respicere velit. Utinam divinae ita placeat providentiae, ut patria nostra prosperitate et gloria insignis diuturnam aetatem in pace ac jubilo agere valeat!“ — Post „van Buren“ generalis „Jakson“ valedictorium sermonem, tamquam speciem quamdam politici testamenti ad metam curriculi sui publici, habuit. In hac valedictoria oratione generalis Jakson ante omnia fidelem constitutionis custodiam pariter commendavit, quae quinquaginta fere annorum intervallo regno salutaris inventa est. Constitutionem autem exposcere, ut unio sustentetur, et localia commoda communibus emolumentis subordinentur, una tamen eadem per systema foederatum salva praestentur: quod prohibet, ne centralis potestas jura et summam singularum civitatum potestatem absumat. Ut vero centralis potestas intra hos limites constringatur eadem per exscripta immoderata, ac necessitates reipublicae exsuperantia tributa ad potentiam, virtute constitutionis sibi haud com-

petentem, eniti non licet. Ultimum argumentum, cujus obtutu munere functus Praesidens e thesauro suae experientiae concivibus consilia impertitus est, erat res argentaria (campsona). Monuit, ne unquam posthac per concedendum domui argentariae jus non modo prosperitas, sed etiam libertas communis discrimini exponatur. Postquam dein ad conservandam vigentem quoad externa regna politicam agendi rationem hortatus fuisset, sequentibus orationem clausit: „Dum valedicens haec vobis, concives mei, consilia dedi, una principia illa exposui, quae me in sublimi munere, quo me binis vicibus ornavistis, administrando direxerant. Quoniam exploratum habeo libertatis vestigia inimicorum insidiis constanter circumsepta esse, qui saepe amicitiae speciem induunt, ultimas vitae meae publicae horas eo converti, ut vos ad pericula adtentos reddam. Laeti foederatorum Statuum, sub libera, felicitatem progignente constitutione nostra, progressus audacissimas etiam Statorum Reipublicae spes ex superarunt. Inauditae velocitatis fuit nostrum in numero, proprietate, in cognitionibus et in cunctis artibus, quae commoditati atque utilitati mortalium deserviunt, incrementum; inde ab incunabulis historiae ad hodierna usque tempora nunquam adhuc in unum politicum corpus coaluit populus, 13 milliones animarum complectens, qui tantis libertatibus, tantaque

felicitate gavisus fuisset, quantis populus foederatorum Statuum perfruitur. Nullum ab exteris periculum metuendum habetis. Vi-res vestrae non secus ac fortis filiorum vestrorum animus per omnem cultiorem orbem terraqueum perbene nota sunt. Internae, a vobis ipsis, per aviditatem, per corruptionem propriam, per ambitionem spe delusam, per inordinatam potestatis sitim, factiones ac pericula libertati imminent. Adversus ejusmodi contentiones ac molimina quascunque auctores eorum induant personas, moneo vos, estote in primis cauti. Summum mortalium bonum vestris curis creditum est. Providentia benedictionem omnis generis et sine numero in hoc dilectum regnum profudit, et vos tamquam libertatis custodes elegit, ut eam in emolumentum humano generi conservetis. — Utinam Is, qui sortem nationum in suis tenet manibus, vos prospera hac fortuna, quae vobis obtigit, dignos et aptos reddat ad concreditum curis vestris ingentem thesaurum puro corde castisque manibus, neque unquam torpescen-te vigilantia ad finem usque seculorum conservandum. Equidem curriculum mox absolvam; provecta aetas, valetudo debilitata admonent, me brevi eo concessurum, quo eventus humani non pertingunt, ubi vices rerum humanarum non amplius sentiuntur. Deo immortali gratias ago, quod vita mea in regno libertatis transacta sit, quodve mihi

animum, Patriam ut filius amantem, indiderit; gratissimo animi sensu pro vestra in me, nunquam nutante benevolentia ultimum, illudque tenerrimum vobis vale dico.“

v. * e B.

Quot Ablegati Comitiorum in Gallia simul regia munera obeunt?

Curia Ablegatorum in Gallia, testantibus paginis „la Presse“, inter sua membra censet 5 Ministros, 1 Mareschallum Galliae, 1 Proadmiralem, 74 tribunalium commembra (Judices pacis, Referentes Consil. etc.), 19 Generales Locumtenentes et Generales vigiliarum, 19 Status Consiliarios, 20 Colonellos, Procolonellos et alios minoris gradus officiales, 8 Directores, Generales Secretarios et sectionum praefectos in Ministrorum collegiis, 3 Magistratus et Professores Universitatum, 4 rei maritimae, viarumque et pontium struendorum Geometras, 5 Generales Inspectores, 2 Superiores accisarum Inspectores, 2 Legatos, 1 Sup. Bibliothecae Custodem, 1 Officiale classiarium, 1 Manufacturae regiae Directorem, 1 Perceptorem aerariam; — simul 169 publica munera gerentes et ex aerario salaria accipientes, quorum 7 Prostrates Regis sunt. — Reliqua Curia constat e 46 advocatis, 8 medicis, 39 mercatoribus et argentariis, 6 fa-

bricarum et malleaturarum proprietariis, 5 notariis et 178 terrarum possessoribus, vitalitiis gaudentibus etc.; — simul 290 Ablegatis, qui publicis regni muniis non funguntur, v. * e B.

*Antiquum sepulcrum Romae in Necropoli
Vulci erutum.*

E munificentia Suae Sanctitatis et cura Eminentissimi Cardinalis thesaurarii (Camerlengo), cooperante consultativa Commissione generali in negotiis antiquitatum pulchrarumque artium fossiones circa Romam instituuntur, quibus nuper sepulcrum hucusque intactum et optime conservatum in Necropoli Vulci erutum est, in quo erant ossa (sceletus) cujusdam personae illustris, quod ex ornamentis pretiosis ibidem inventis conjici potest. Duas scilicet gerebat adhuc integras coronas pulcherrimas ex auro, quarum altera sertum e lauri, altera e querci foliis circulo aureo implexis refert, circulus ille in rotundam capsulam, qua concluditur, quae-va caelatis imaginibus exornata est, coit. In pectore cadaveris tres numi memoriales e lamellis aureis confecti visebantur, quorum duo pulchris prominentibus efigiebus militum et quadrigarum, tertius autem trium sedentium immagine exornati sunt. Praeter haec tria numismata undecim adhuc alia si-

milia sed minora ex auro inventa sunt, quorum quinque orbicularem sex autem cetera parallelogrami formam habent, quodvis eorum larvis, geniis alatis, et figuris humanis obtectum est. Non secus etiam auriculae duabus magnis aureis inauribus ornatae fuerunt, digitorum ornamento duo annuli aurei, quorum singuli scarabeum eximii operis continent, deserviebant. Praeterea in eodem sepulcro duo candelabra inventa et quinque arae ex aere corinthio, tum aliquot instrumenta, e quibus, quatuor figuris incisissimae ornatae, quatuor autem prorsus planae, tum specula ex eodem metallo fabricata inclusa fuerunt. Neque minor erat circa cadaver et in angulis sepulcri numerus vasorum, multae quippe urnae, multi calices inventi, quae ob magnam artis peritiam in delineando, propter singulares imagines, et figurarum, colore aurantiaco in campo nigro picturam, maxime memorabilia sunt.

v. ✱ e W.

Christiana religio in Madagascar.

Notum est Reginam insulae Madagascar legatos in Angliam misisse impedimenta per Angliam ideo posita, quod regina religionem Christianam in insula oppresserit, removendi causa. Dum legatio in Windsor

ad regem accessum nacta fuisset, simul etiam ad reginam admissa fuit, quae ope interpretis cum eadem collocuta est. Dum Majestas intellexisset Reginam insulae Madagascar, Banaualo-Maniaca, quamquam perbene novisset, complures insulae indigenas Christi religionem amplexos, hoc tamen non obstante edicto eam suppressisse, dixit legatis per interpretem; „Nunciate a me Reginae vestrae, nihil eam regno suo salutaris praestituram, quam si religionem Christianam rursum liberam admiserit.“

v. * e B.

Az Egri új Szentegyház' építetési érdeme.

Eger, april 17-kén 1837. Kedves barátom! Minél sebesebben haladnak napjaink, annyival inkább közelít azon ünnep, mellynél városunk habár örömtelibbet ugyan de fényesbet bizonnyal több század óta nem ért; 's ezen nap május' 7-ke leend, mikorra az itt ujdón-épült megyei főtemplom' fölszenteltetése van kitűzve; azon templomé, melly ha több világ-csudálta remekhez nem hasonlítható is; de ritka egyszerűséggel párosított tiszta architecturájára nézve bizonyságául szolgálhat szintugy építtetője' jeles izlésének, mint dicsőségökre a' körulte fáradozott művészeknek, ha csak ez utóbbiak' érdemeit mind homályba nem döntendi a' hírre kapott

Hild név, melly fényes jutalom' megnyerésére azonban némileg tán több személyes érdem kívántatik vala. Korán volna még most az ünnep' fényéről, különsegeiről, vagy a' megjelenendő vendégekről szólni; elég legyen ezennel említmem: hogy a' jeles mű, mellyhez hasonlót honunk nem mutathat, csak 1831-ben vétetvén munkába, e' néhány év alatt elkészülhete, mit egyedül a' mű-intézők' ügyességének és szorgalmának, főleg pedig magas tiszteletü építetője' igyekezetének és személyes fáradozásinak köszönhetni. E' csekély tudósításommal, mellynek nagyobb részét már a' hirlapokból is tudhatod, elvégezném leveletem, ha természeti ösztönm, melly minden dolognak több oldalruli vizsgálatára késztet, jelenleg ismét különféle nézetre nem vezet vala, mellyeket — ismervén olvasási vágyodat — veled ezuttal is örömmest közlök.

Nehezen van talán Európában olly ország, melly a' felebaráti szeretetnek, emberré jótékonyságnak, szóval — a' jótéviségnek jelenben több nyilvános példáit adná, mint kilencz század óta fenálló ős-hazánk; alig jelenik meg valamelly hirlap, mellyben ez vagy amaz nagylelkü honfinak a' köz- vagy egyesek' javára tett adakozásai ne emlitenének. Örömmel olvassa ezeket minden hazafi, mert ez által értesül: hogy vannak érző szívek honjában, kik szánakozással nézik embertársaik' szigorú körülményeit.

Az egyenes adakozásokat leginkább a' patriarchai helyzetben levő kegyes földbirtokosak gyakorolják; ezek' szükségét az idő' mostohasága, és restség okozta insége a' jobbágyoknak eszközlik. A' közvetett adakozások' körébe tartozik a' közjóra célzó bármilly intézet' alapítása; illynemű jótettek csak nagylelkűek' tulajdonai, kiket méltán mennyei érzés tölthet-el áldozataik' 's tetemes fáradozásaik' sikerének szemléletén. A' hon' áldásai nyugosznak egykor poraikon! — Midőn azonban e' most érdeklett jótetteket illőleg méltatjuk, egy más — bár saját nemű ugyan — de a' közvetett adakozások' sorába méltán helyezhető, 's a' házára nézve nem csekélyebb hasznu jótettről alig szoktunk emlékezni. Ezen sajátnemű jótettek' sorába tartozik egri patr. érsekünk' fenemlített nagyneemű, és szerencsésen végrehajtott vállalata, melly által hét évig egy pár száz embernek munkát 's élelmet szerezvén félmilliónál többet juttatott a' nép közé, 's e' mellett hazánkat egy valóban díszes, és jeles — mondhatni talán classicaí — művel ajándékozta meg. Nem említvén azon hatást, mellyet ezen épület soknak izlésére tön, mennyi hasznót eszközölt még csak az által is, hogy az ezen mű körül fáradozottaknak alkalmat nyújtott gyakorlatabbakké 's ügyesebbekké válhatniok, 's e' művészeti nemben bő tudományt, 's tapasztalást szerezniök. — Igen sok azonban az illy tettet jótévőségnek nem tart-

ja, mert — ugymond — megdolgoztak érte a' szegény emberek; azok t. i., kik csak az ingyen-adományt nézik jótettnek, mit pedig gyakran rosztettnek lehetne inkább nevezni. Valljon tehetni-e ép, egészséges emberrel mind önmagára, mind a' hazára nézve jobbat, mint néki munkát adni, 's azért illően megfizetni? — én úgy hiszem, csak egyedül ez képes a' munkás emberek javát előmozdítani, mert illő élelmét megszerezhetvén szorgalomra buzdul, 's ez által a' hazának hasznos és igyekező polgáraleendő. És bizonynyal sokkal jobb volna, ha mind azon adakozás és segedelmezés, mellyek itt ott bármikép is történnek, mindenkor szorgalom-előmozdítólag valamelly közhaszonra czélzó viszonszolgálatlalt köttetnének össze, kivált hazánkban, hol mindenütt annyi 's olly sok a' tennivaló. Az illy tettek véleményem szerint a' leghasznosbak, nemcsak kegyes emberek de a' köz — a' haza jóllétére is; ezek enyésztk a' hon' anyagi szükségait, nevelik a' műipart, és szorgalmat ébresztve élelmet nyujtanak a' népnek. Vajha nagylelkü hazánkfiainak is, barátom, az lenne jelszavok: Semmit ingyen; de fáradságért bő jutalmat.

Van számos még ollyan is, kik a' főn érintetthez hasonló tetteket csak egy-oldalu jótévőségnek tekintik; azok részire t. i., kiknek közvetlen munkát 's élelmet szerez, — a' városi mesterembereknek. Milly balga vé-

lemény ez! — Ugyan szorgalom- és iparteljes városink nem áldási e honi vidékinknek? — nem mesterembereink pótolják e szükségeket szomszéd helységekbeli termesztőinknek, kiknek leginkább csak héti vásárok adják-meg fáradságuk jutalmát? — Szegény városnak többnyire szegény vidéke is; 's minél költségesb 's nagyobb munkát végeztetnek valamely városban: annál nagyobb hasznot arat vidéke. Valóban Buda-Pest' vidékére egyik legnagyobb áldás volna jelenleg egy e' két város közti állóhid' létesülése, kivált egy ollyneműé, (ha még most lehetne) mellyért esendő minden munkabér nem vitetnék külföldre. A' közmunkák kétszeresen használnak a' honnak: gyarapítják anyagi gazdagságát, és eszközlik a' nép' jobb létét, pénzt juttatván kezeibe. Nincs a' honnak, nincs közjólétnek rosszabb ellensége, mint az ki nagy summákat halomra gyűjtven, pénzét haszontalan heverteti; azért áldás azokra, kik akár ön szükségekre, akár közhaszonra dolgoztatván tetemesb mennyiségeket osztanak-ki, a' helyett, hogy pénzőket élre vervén, elvonják egyedüli céljától. — Nem lehet egy-oldalu tehát bármelly hasonnemű jótévőség, mert haszna mindenkor közössé válik. — Három osztálya vagyon a' polgári társaságnak: a' földmivelő rész; továbbá a' mesterségüző; 's végre az, melly e' két osztályba nem foglaltatik. E' három közül egyik sem lehet boldog másika nélkül; és vi-

szont nem lehet rossz léte bármellyik osztálynak is, a' nélkül, hogy az a' más két osztályra ne hasson, ha t. i. a' közterhekben aránylag mindenki részesül. —

Bármilly alaku jótétemény' eszköze tehát csak hálát 's köszönetet érdemel; azonban — fájdalom — ezeket többnyire csak a' jövődőségtől reméllhetni; jelenben a' nagyobb rész ritkán szokta illőleg méltatni a' jótéteményeket, 's igen számos bármennyit nem elégelvén, még többet kíván, akkor is ha bár valaki ön terheltetésével is adakozni sziveskednék. Az illy emberek rosszabbak a' szemtelen koldusnál; mert ezek az embernek uja helyett nemcsak kezét, de egész karját kívánják; pedig a' jótétemény bármilly 's mennyi is, aránylag mindenkor hálát érdemel; 's még is milly ritkán nyerhetni ezt meg! Ugyan barátom! nem fájdalom e az, midőn egy magasb helyzetű tehetsége 's körülményeihez képest ügyekszik alattvalóji' javát eszközteni, még is hálátlanságot 's elégtelenséget tapasztal? — azonban a' nagy lélek ezzel nem gondol, mert nem jutalmért fáradoz, hanem alattvalóji' jobblétét ohajtva folytatja jótéteményét. Illy nagy lélekkel dicsekedhetünk mi egriek tisztelt érsekünkben, ki a' közjót előmozdítólag jeles képgyűjteményét a' hazának áldozá; ki a' helybeli ns. káptalan 's más jótévők' hozzá-járultával egy a' haza' diszét nevelő, és saját tehetségét meghaladó nagy művet létesítve, számos

egri alattvalóinak munkát 's élelmet szerze: ki szerény nyájasságával 's tettleges emberbaráti példáival mind a' ns Káptalant *) mind annak egyes tagjait már több-rendű jótévő áldozatra birta; ki itteni lakása óta még soha nem szünnén-meg a' munkáltatástól, e' város' csinosbítására, szépítésére minden ügyekezettel törekszik, elenyészten mindenütt a' szemetett, mocskot 's tisztatlanságot elannyira: hogy városunk' nagy része most egészen más alakban tűnik-elő; kinek eszközlése, részint saját költségei, részint segedelmezési által Egerben már több közhasznu intézet létesült, mellyek közül méltán említhetni az ugynevezett Praeparandiát, rajzintézetet, hangászat- 's énekiskolát; melly két utóbbit bár a' közönség több figyelemre méltatná; — ki a' városi közönségnek, valamint a' néhány év előtt létesült egri casinoi egyesületnek minden a' közjóra, művelődésre és csinosbulásra vezető szándékot — mennyire lehetséges — pártolni, előmozdítani, sőt némi részben azokhoz segedelmezéssel is járulni szíves; ki azon fenséges gondolatot — a' soktól már dicséretes utánpótlásra méltatott tartalék-magtárok' felállítatását sajátjává tenni, 's első buzga birtokaiban létesíteni — felállítatásukhoz se-

*) Az egri káptalan valóban nem csekély jót eszközle az utóbbi években az által, hogy egy tágas 's hetvenezer forintnál többbe került vendégfogadót építtete az Egret látogató idegenek' nem csekély kényelmökre.

gédkezekkel járulva; ki a' megyei népnevelésre figyelemmel lévén, a' népiskolai ifiúság' részére nagyszámu keresztyéntudományi könyveket sajtó-intézetében nyomtatni, 's azokat csekély áron adatni rendelvén, maga részéről sokat ingyen kiosztat; ki saját körében mindenre figyelmezve, mi csak tehetségében áll, mindent eszközteni, 's mindenhez segedelemmel járulni el nem mulaszt; ki kilencz év alatt Egerre nézve illy sokát sőt még többet is tett. Ezekből láthatod barátom, hogy Érsekünk nem csak maga tesz, de mások által is ügyekszik tétetni; mi — csekély véleményem szerint — legfőbb érdeme. Valljon nem ezen magas, és hódító szellem e az, mit Széchenyi István grófban csudálunk? — nem a' jótévősséggel párosított fáradhatlan munkás és példaadó lélek e az, mit e' köz tiszteletü hazánkfiában magasztalunk, 's mi bennünket méltó hálatiszteletre buzdít? — bizonynyal ha e' nagy hazánkfia jeles adományin kívül egyebet nem tett volna, legföljebb egy adakozását magában foglaló törvénczikkely, és nem köz-tisztelet 's milliók' hálája lett volna jutalma. És e' szerint ugy vélem — nem hibázok, ha Pyrkerünknek legfőbb érdemét nyájas leereszkedésében, fáradhatlan ügyekezetében, 's munkás nagy lelkében helyezem. Tisztelet 's ezrek' áldása legyen jótévőségének köszorúja.

T.

A. R. D. Isidor. Armbrusster †.

Csornae die 23. Aprilis excessit e vivis
 A. R. ac Eximius Dominus Isidorus Arm-
 brusster, Canonicus Regularis Sacri Candi-
 di ac Exemti Ordinis Praemonstratensis, Ca-
 noniae Csornensis Senior, et Juratus Con-
 ventualis, natus anno 1754-to die 7-ma Se-
 ptembris in I. Cottus Sümeghiensis posses-
 sione Karád, unicus ex antiquis Praemon-
 stratensibus hucadusque superstes.

*E p i g r a m m a.**In tenacem Cinnam.*

Cinna stipem modicam semel elargitur in anno,
 Quis neget id summis valde placere Diis?
 Nam si certa fides, proverbio habetur avorum,
 Carius est, quidquid rarius esse solet.

L o g o g r y p h i.

Sub mea tecta venit, vanitas cui gloria mundi,
 Hic latet, hicque Deo cum probitate vacat.
 Deme caput: fratrem cernes a fratre peremtum,
 Non valet auxilio nauta carere meo.
 Ultima rus, campos, ac aedes incolo quasvis,
 O quoties rodor victima dente cati.

Summa docet; pars prima jubet, vetat; altera pi-
 cta lest.

Solutio Logogryphi in Nro 7.:

C o r n i x.

Egri új Egyház felszentelése.

Fényes szertartással ment végbe folyó május' 7-kén az itteni pompás új egyház felszentelése; mellyre a' Haza' távolabbi vidékeiről is igen nagy számmal gyültek-össze a' fényes rangu egyházi és világi vendégek. Névszerént megjelentek itt az egyházi rendből: veszprémi püspök Kopácsy József úr ő excja; méltós. Belánszky József besztercebányai; Hám János szathmári; Scitovszky János rozsnyói; Lonovits József csanádi; báró Barkóczy László fejérvári megyés, — Sztankovics János bosoni, Ocskai Antal baczai czimzetes püspök urak, főtiszt. Villax Ferdinand zirczi apát és Richter Aloiz jászói praelatus urak; a' csanádi, esztergami, fejérvári, kassai, rosnyói, szepesi 'sat. egyházi megyék igen számos papjai; a' világi rendből tek. Borsod vármegyének 40 tagból állott fényes küldöttsége t. Bük Zsigmond 2. alispán úr vezérlete alatt; a' Jász és Kúnkerületekből szintén küldöttség nagys. Verbói Szluha Imre nádori főkapitánnyal együtt; báró Eötvös Ignácz főtárnokmester ő excja; nagym. gróf Keglevich Gábor koronaőr 's kam. elnök; mélt. Báró Perényi Zsigmond főispán; gróf Illinsky; Báró Vécsey generál; Földváry Ferencz kir. táblai közbíró 'sat. urak. Gróf Cziráky országbíró excja elmenetelét egészségbeli hirtelen változás gátolá. A' buzgó, áhitatos köznép temérdek szám-

mal gyült mindenfelől Eger városába. A felszentelést egri patriarcha-érsek Felső-Eöri Pyrker János László ő Excja igen fényes papi segédszolgálat mellett vitte-véghez. Mélt. Lonovics József csanádi püspök úr pedig szívre és lélekre ható, velős egyházi beszédet tartott, mellyet az ékes beszédű főpaptól hallani valóban gyönyörűség vala. Az egyházi szertartás reggeli 7 órától délutáni harmadfél óráig nyult. Ezt követte a' fényes 's gazdag ebéd. Maga, patriarcha-érsek ő excja 200 főrangú személyt vendégelt-meg asztalánál. Ebéd alatt a' Ferdinánd-huszárok hangász-kara és a' zemplényi banda mulattaták gyönyrű hangászattal a' vendégeket. Estve és egész éjen pompásan ki volt világítva a' város. A' nevezetes nap' örömére emlékpénzek is osztogattattak, melyeken következő felírás olvasható: Ecclesia Metropolitana Agriensis Honoribus D. Joannis ante Port. Lat. Dic. Decursu Unius Lustris exaucta MDCCCXXXVI. Consecrata Nonis Maii MDCCCXXXVII. Patr. AEpo. J. L. Pyrker. H. T.

Quaestio mancipatus in libera foederati Status America boreali.

Pars orationis novi Praesidentis, (vide p. 145 in pr. Nro.) notatu dignissima, quaestionem de mancipiis concernens, per extensum

haec fuit: „Fons praecipuus discordiarum et infelicitatis, uti supponitur, in nostra constitutione occulte serpens (supposed to lurk in our political condition) est institutio domestici mancipatus. Majores nostri, intime persvasum tenentes, quaestionem hanc nimis delicatam esse, tanta eam cum moderatione atque indulgentia tractarunt, ut non obstantibus sinistri ominis praesagiis, nunquam exinde ad novissima usque tempora publicae tranquillitatis perturbationes secutae sint. Resultatum hocce abunde docet, eam justam ac patrioticam agendi rationem fuisse, nobis vero hinc illam haurire licet doctrinam, quod constantia duntaxat in trito tamdiu optimo cum successu tramite nos a periculis ac discrimine immunes praestitura sit. An non nuperrimi eventus quemque, qui vel obiter animum advertebat, edocere potuerunt, quamlibet vel minimam ab hoc conservandi spiritu deviationem (spirit of forbearance) cunctis emolumentis, — ipsius etiam humanitatis commodis eo comprehensis, — plurimum detrimenti adlaturam. Inter nimium exardescentes affectus magnanima quidem fraternitatis sensa quandoque ex oculis dimissa sunt; intermittere itaque nequeo, hodie, dum ante concives meos constituor, e sublimi hoc subsellio, in quod fiducia eorum me collocaverat, omnes reipublicae cives enixe provocare, ne unquam animum praeceptis humanitatis occludere ve-

lint. Jam ante meam electionem edoctus, quatenam sint maxime communia de hac causa populi sensa, obligationi meae esse duxi, mentem meam idcirca publice notam reddere. Nunc, dum nulla adest ratio, cur consilia mea dissimulem, spero sensa haec juste expensum et accurate adprehensum iri. Haec me adminus in curriculo, quem adeundum habeo, rectura sunt. Ante electionem declaraveram, quod si vota concivium, qui mihi suffragia sua daturi essent, effectum sortita fuerint, et Praesidentis sedem occupavero, me pertinacissime et absque omni indulgentia cunctis tentaminibus, si quae per congressum ad sufferendum in districtu Columbiae mancipatum, contra voluntatem Statuum, mancipia servantium, susciperentur, oppositum; — et pari constantia animique fortitudine omnem vel minimam in rem mancipatus ingessionem in civitatibus, in quibus ille adhuc in usu est, me prohibeturum. Declarationem hanc una cum rationibus candide et plena cum sinceritate jam ante electionem meam notam feci, et nunc, postquam suffragia retuleram, jure mihi existimandum est, majorem populi in foederatis Statibus numerum in hoc mecum consentire. Itaque id solum adjiciendum habeo: nullam unquam legis rogationem, sensis his adversantem, sanctionem meam obtenturam. Deprompta hac ratione

publica opinio illi firmæ innititur persuasio-
ni, quod ea cum spiritu illo consentiat, qui
venerandos patres reipublicæ nostræ ani-
maverat; illique certitudini compertæ insi-
stit, quod experientia eandem tamquam hu-
manam, patrioticam, utilem, ho-
norificam, et justam designave-
rit. *) Si agitadores relate ad mancipatum
illud fortasse siverunt consilium, ut hoc fa-
cto stabilitati institutionum nostrarum noce-
atur, profecto ex omnibus, quæ illuc usque
evenerant, videri potest, consilium hoc in
irritum abire debuisse. Sollicitudo meticu-
lorum, et spes malevolorum effectū perinde

*) En clarissimum iterum unum e mille exemplis
summae dexteritatis in argutando; qua hodi-
erna eloquentia publica atque liberalismus tan-
topere excellit; unum idemque, dum lubet, in
atrum carbonem aut candidam nivem conver-
tens. Quis crederet in liberrima orbis ter-
raquei, ut ipsa gloriatur, republica dari pos-
se argumenta, vi quorum mancipatus, — alias
horror totius moderni orbis terraquei cultioris
tanto autem magis liberalium, qui illum præ-
cipuum scopum sibi præfixum jactant, ut li-
bertas, æqualitas, felicitas, humanitas, opes,
cultura, et cetera ardentia mortalium desideria ad
universum genus humanum æqualiter diffundan-
tur, — dari inquam posse adhuc argumenta, vi quo-
rum mancipatus a toto populo (seu majoritate,
quod apud illos ad idem recidit) probetur, imo
per primum reipublicæ magistratum, qui huic
potissimum conditioni dignitatem debet, velut
institutum humanum patrioticum, uti-
le, honestum et justum deprædicetur!!

destitutae manserunt, manebuntque, quotiescunque constitutionis nostrae eversionem illi praemetuerint, hi vero optaverint. Periculosae quidem hic illic turbarum scenae intervenerant; in quibusdam locis edicta violentiarum (i. e. de lege, Lynchii adhibenda!) visebantur; quidam inconsulte sequelas actionum suarum haud perpendentes, indignationem populi incurrebant^{*)}; at neque civium multitudo, neque districtus reipublicae ullus amorem ac propensionem in nexum unionis, inque principia per eundem sacrata excussit. Sic erit in perpetuum.“

v. * e B.

Frequens cum mancipiis in America foed. commercium.

Quanta sit frequentia commercii cum mancipiis in inferiore America bor. facile perspicui potest, si nuncium illud paginarum „Natchez (Mississipi) Corier“ legatur, quod anno superiore in provincias foederatas Mississipi, Albama, Louisiana, et Arkansas ingens 250.000 mancipiorum numerus delatus sit.

v. * e W. D.

^{*)} i. e. vi dictae legis nudi, virgis caesi, dein pice liquata vel axungia illita lana involuti per plateas raptati et denique suspensi; quia sublationem mancipatus svaserant,

*Quandoque etiam spiritu temporum abrepti
sapere coguntur.*

Madriti nuper in revisione Constitutionis 1812 de admittendis ad Comitia Havannae ablegatis actum. Ministri narrata de mutuo non aliter contrahendo fabula dicuntur rem tandem eo deduxisse, ut dicti ablegati 90 suffragiis contra 65 e comitiis exclusi sint. Multi existimant hoc facto arduam alioquin hoc tempore Havannae relationem magis adhuc impeditam reddi. Ministri namque ipsi ablegatos insularum Cubae et Portorico evocarunt, praeceperuntque iis, ut quo ocius compareant; ii Madritum adpulerunt, et datam eis plenam potestatem ex parte comitia jam rata habuerunt, nunc vero foede repudiantur. Quomodo poterant Comitia adeo sapientia praemetuere, 6 transmarinos ablegatos, quaecunque clamorosos, suffragiis majoribus in comitiis praevalituros? Et revera ablegati hi illam comitiorum decisionem festivis epulis celebrarunt, quoniam hac ratione Cubae independentiam declaratam esse censent. Interim inter consultandum patuit, viros etiam, quantumcunque caeterum affectibus obcaecatos, nonnunquam tamen clare videre. Ipse adeo D. Arguelles confessus est, per nimiam Comitiorum 1812 „Philantropiam“ Colonias Americae amissas fuisse; legesque tempore quovis indoli et characteri respe-

ctivorum populorum respondere debere, et ex hoc obtutu constitutionem transmarinis possessionibus haud convenire. Cur vero non perspicit D. Arguelles, — qui tamen tamprocul (ultra maria) videt — quaenam leges characteri populorum ipsius peninsulae maxime convenient? Comitia 1812 defectionem Americanarum coloniarum accelerarunt, Comitia 1820 insulam Cubam in summum discrimen adduxerunt, et comitia 1837 fors plenam ejus amissionem praeparant, — Contra vero absolutum regimen anno 1809 fundamenta posuit insulae illius prosperitati; quae annis 1814 et 1820 laetius semet explicuit, et 1823 usque 1833, initis per Ferdinandum sapientibus consiliis, stupendum floris gradum attigit.“

v. * e B.

Responsum Ludovici XVIII. ad propositionem Consulis Buonaparte.

Nobile et vere regium Ludovici XVIII-i responsum ad propositionem primi Consulis: ut juribus suis ad coronam Galliae renunciaret, per scriptores revolutionarios, et si bene meminimus per ipsum etiam Buonaparte negabatur, datum unquam fuisse; ast hodie jam extra omne dubium positum est, quoniam literae originariae in lucem protractae sunt. Id singulare prorsus est, quod scriptum illud nunc in archivo Julii-Monarchiae conservetur, quae 2500-is fr. redemit. v. * e B. VV. B.

*Restitutio Ordinis Societatis Jesu in Repu-
blica Boni Aëris.*

Regimen Reipublicae Boni Aëris die 20, Augusti p. a. de restitutione Jesuitarum hoc decretum edidit:

Quum sex presbyteri Societatis Jesu ex Europa in hanc urbem adpulerint, qui a regimine singulari benevolentia, ab incolis vero catholicae religionis communi adplausu excepti sunt, quive officiis ac operibus instituti sui, utilia reipublicae huic servitia praestandi desiderium manifestarunt, regimen expenso eo, quod hoc facto opportunitas data sit, dictam Societatem, quae anterioribus temporibus inmensis de religione et reipublica positis meritis, se adeo venerandam reddidit, restituendi, ad salutaris hujus scopi effectum praeparandum, supremae potestatis, qua ornatum se videt, usum facit, decrevitque ac decernit: Art. 1) Memorati 6 religiosi Ordinis Societatis Jesu antiquum collegium proscriptae Societatis ejusdem nominis occupabunt, postquam eis claves Collegii, nunc ita nuncupati, traditae fuerint, ut ibi secundum regulas suas vivere atque alia membra Societatis ex Europa advenientia, in hoc regno statuta sua observatura, in illud recipere, et ibidem scholas aperire possint, quod ipsum regimen majorem in modum eis commendat; in hoc casu, si necesse fuerit, etiam adjacentes aliae ejusdem

aedificii partes Societati tradentur. Art. 2) Decretum hoc Illustrissimo Episcopo hujus dioecesis communicabitur, dein publicabitur atque in protocollum vi muneris inferetur. Rosas. — Augustinus Garrigos.“

Ephemerides Boni Aëris actum hunc summis laudibus efferunt, animadvertuntque merita Jesuitarum populis foederatarum civitatum Argentinensium nunquam obliteranda grati animi sensa indidisse.

v. * e V. D.

*Archi-Episcopi Parisiensis Protestatio contra rogatam legem de fundo palatii A. Ep-
palis in alium usum convertendo.*

Meminimus jam protestationis per Archi-Episcopum Parisiensem in forma declarationis 4-ta Martii datae adversus rogatam in comitiis 23. Februarii per Ministros legem de fundo, in quo adhuc rudera, per majestatem plebis diruti palatii archiepiscopalis prostant, civitati Parisiensi ea conditione tradendo, ut in eodem publicum ambulatorium adornetur, eam uberius dare tempore exclusi sumus, ex parte saltem verba ejusdem hicce subjungimus. „Oramus — ait declaratio illa in conclusione — Regimen et Comitia, ne decreta hac lege consecraria eorum eventuum (devastationis et depraedationis palatii A. Eppalis mense Julio 1830 et Februa-

rio 1831) sanctione sua rata habeant, quos nomine totius Galliae tantoties jam repudiaverant, et cum indignatione damnaverant. — Oramus, ut nobis potestas concedatur in tranquillam fundi possessionem redeundi, in quo Antenati nostri penes ecelesiam Dei et nosocomium (Hotel-Dieu) domicilium Episcopi, Patris et consolatoris pauperum, aedificarunt, ut nobis iterum liceat, cum illis modificationibus, regulationibus atque conditionibus, quas artis, valetudinis et publicae utilitatis, imo vel convenientiae ratio exposcit, quasve neutiquam detrectamus, novam Clero et fidelibus parisiensibus communem domum, piis collatis, si aliter fieri nequeat, resuscitare. — Procellarum fluctibus jactati oramus pro venia, in eodem loco, qui calamitatis nostrae testis fuerat, ad sacrum metropolitanae nostrae altare, asylum refugii nobis erigendi. — Utinam nobis — tamquam pastoris supremo — daretur, in hoc loco etiamsi tantum tentorium erigere, quod saltem vestigia devastationis sufferendo esset, cujus ipsam adeo memoriam deletam optassemus. — Declarationem vero hanc ideo duxtaxat porrigimus, ut obligationi conscientiae satisfaciamus, quam nobis nuncupatum consecrationis nec non canonicae nostrae inaugurationis jusjurandum injungit. Nullas hic partes privati et proprii commodi studium habet, sed solidarem et communem omnium Episcoporum obligationem ad-

implemus pro Ecclesiae juribus, quae rogata lege violarentur, non secus pro praesente et singulari ecclesiae nostrae juribus, in quorum favorem, quivis e palatio archiepiscopali parisiensi evulsus et dispersus lapis redarguit et reclamationem. Imo hac opportunitate asseverare audemus, nos communis duntaxat salutis nomine, et conservativi cunctarum proprietatum principii veneratione pro permittendis aliquot vacuis ac desolatis terrae jugeribus, velut haereditatis, ad fundatores, pauperes, et ecclesiam pertinentes, residuis preces depromimus.“ — Declarationi huic adnexum fuit documentum de metropolitani Capituli Parisiensis in eandem consensu. — Paginae „Gazette de France“, quae Declarationem illam communicant, adjungunt etiam circulares, quas Archi-Episcopus tamquam literas comitivas ejusdem Declarationis die 7-a e. m. ad cunctos Archidioeceseos Parochos dimisit. — Paginae „Moniteur“ de 22. Martii regium decretum prioris diei post deliberationem Status Consilii de supra memorata declaratione editum, vulgant, quod dictam declarationem A. Episcopi una cum assensu metropolitani Capituli Parisiensis arrogare quid (abus) seu abusum committere adserit, et ex hac causa praecipit, ut ea velut nulla et nullius efficaciae considerata sit.

v. * e B.

Principiorum apud liberales constantia.

Madrito de 20. Aprilis scribunt Praefectum militarem Caesaraugustae, Corral, per regimen exauctoratum esse ideo, quod jussis nationalis militiae obtemperaverit, una vero Ministrum internorum negotiorum has circulares ad Praefectos politicos urbium Albacetae, Alicantae, Barcinonae. Castellon, Terruel et Valenciae die 8. Aprilis dimisisse: „Regina Gubernatrix expresse et sub onere responsionis personalis tibi imperat, ut per cursorem revertentem de statu metropolis vestrae et provinciae relationem praestes, utque clare et distincte significes, an directe vel indirecte quacunque demum ratione legi adversae, etiamsi ad speciem urgente necessitate provocatae, actiones patratae sint; anque sub praetextu quodam Commissiones, aut Conventus conflati fuerint, quas leges non probant, quaeve, dum auctoritatem regiminis infirmant, rempublicam in gurgitem socialis dissolutionis praecipitant. Illa praeterea est voluntas Majestatis, ut, si tales legibus adversae actiones locum habuissent, omnium tuarum virium usum facias, auxiliumque reliquorum, et armatae manus invocet, sicque dominium legum plene restituas, et omnia, quae adversus eas suscipi possent, sufferas, delinquentes judicio concernentium tribunalium tradas etc. etc.“ En sermonem viri, qui coram comitiis pu-

blice gloriabatur, se inde a 16 annis in cunctis conjurationibus partem cepisse! „Quis tulerit Grachos de seditione querentes?“

v. * e B.

Conditio Episcopatum hoc tempore in Hispania.

In paginis „Gaceta Oficial“ de 11. Apr. haec leguntur: „Literae Ovedo (in Asturia) scriptae testantur, in ejate cathedrali scandalum, cujus jam complura, exempla prava in Hispania visebantur, repetitum esse. Ita dictus Minister justitiae Capitulum cogere voluit, ut extemplo electionem administratoris suscipiat, pro quo munere Episcopum (per regimen Madritense denominatum) eligendum obtrudere conabatur, cui bulla confirmatoria a Sanctitate Sua denegata est. Capitulum, vel potior ejusdem pars, contra illegalitatem actus ejusmodi Madrito regimini repraesentationem submisit, cujus effectus, uti praevideri potuit, ille fuit, ut 5 Canonici comprehensi, et sub militari custodia Gijonem deducti sunt, ad insulas Canarias (Fortunae) deportandi? Quid vero peccaverant? nihil profecto aliud, quam quod recti conscientiae obsecuti fuerint.“ — Membris Capituli Pamplunensis antea ex eadem causa idem evenit.

v. * e B.

*Hebraicae religionis Ministri in Tauride
jura nanciscuntur.*

Petropoli die 15. Martii hoc caesareum edictum ad dirigentem Senatum dimissum est: „Hebraei, intra fines gubernii turcici degentes e secta Karaim, supplicant, pro determinatione Status et relationis Ministrorum suorum, utque iisdem quaedam e juri-
bus illis concedantur, quibus ejates muhamedanae religionis ministri gaudent. Postquam petitum hoc adtentione dignum invenissemus, ac statuta eatenus, per Ministrum internorum negotiorum adornata, et per Status Consilium revisa, adprobassemus Senatui dirigenti hisce praecipimus, ut ad ea in effectum deducenda necessaria disponat.“ —

v. * e W. ;

*Numerus incolarum in urbibus Indiae Bri-
tannicae.*

Calcutta censet 285.000; Madras 160 millia; Urbs et Insula Bombay 162.570; urbs et insula Singapore 25.000; urbs et insula Penang 57.400; urbs et territorium Malakka 33.800 incolarum, simul in his 6 locis 703 millia 770.

Oblata benefica.

In nuperna gen. Congregatione Inclyti Comitatus Poseniensis Ill. D. Comes Ferdinandus Leopoldus Pálffy, Supremi Comitatus Officii Administrator, 1000 fl., et Ill. Comes Car. Eszterházy 2500 flnos obtulere ad carceres scopo melius adaptandos, et domum laboratoriam aedificandam. Praeclara haec beneficentiae exempla complures imitatores absque dubio nanciscentur.

Collatio dignitatis.

Sacratissima Caeo - Regia Apóst. Majestas altissima resolutione sua de 28. Martii Reverendissimum Dominum Josephum Ferenczy Canonicum honor. in Archiepiscopali Lyceo Theologiae Professore in Archidiaconum Hevesiensem b. nominavit.

Logogryphi.

Omnia sex reserant, dum quatuor in aethere gaudent,
Percute tum manibus lignum, tres experieris.

Jos. Kovacsevich.

Dirigit, et numerat quingentos quinque decemque.

Solutio Logogryphorum in Nro 10.:

Eremus Remus Mus. — Lexicon.

*A' jelen Erdély Ország' Gyűlés' kezdetén
Ő Excell. Nopcsa Elek e' következő beszéd-
del köszönté az Ország' Rendeit:*

„Tekintetes Karok és Rendek! Szeren-
csésnek érzem magamat, hogy Tek, Karo-
kat és Rendeiket, hazánk e' szent helyén, a'
törvényhozás tiszteletet gerjesztő templomá-
ban, egybegyűlve ismét tisztelhetem.

Utolsó együtt létünk olta, elköltözött
a' jobb életre azon áldott és dicső emlékeze-
tü Fejedelem, kinek neve, nem csak kis ho-
nunk történeteiben, hanem Európa és az
emberiség év könyveiben is örökké halhatat-
lan fog maradni. — Azon áldott Fejedelem,
ki thronusra lépése első esztendejében, a'
nemzet forró és köz ohajtásának tárgyát, az
idvezült első Leopold és az erdélyi fejedelem-
ség között, önként kötött gyökeres egyezés
oklevelét, innepélyesen törvényeink sorába ik-
tatta, 's azon alkalmatossággal több, igen
nevezetes, az időtől kívánt, és kedves hazánk'
ősi jusait bátorságba helyheztető, alkotmá-
nyos életét tökéletesítő törvényeket, királyi
helyben hagyásával megerősített; a' kinek
minden igyekezete, egész élete, hív alatt-
valói boldogítására volt egyedül és állandóul
szentelve.

Thronusának és erényeinek méltó örö-
köse, most dicsőségesen uralkodó felséges
fejedelmünk, kedves hazánk boldogságát gya-
rapítani, és ősi törvényeinket méltó tiszte-

letben tartani ohajtó atyai indulatjának csallhatatlan bizonyosságát méltóztatott adni, midőn a' Tikintetes Karokat és Rendeket a' végre, hogy a' haza köz boldogságát eszközölhető törvényes módokról, törvényes formában tanácskozhassanak, királyi hatalmánál fogva egybehivta.

Nem sokra terjedő, de fontos tárgyakért gyűltünk össze.

Felséges fejedelmünk iránt eleinktől századokon keresztül örökölt tántoríthatatlan hűségünket, mindnyájunknak buzgó ohajtása szerént, hittel erősíteni, — a' mit halhatatlan emlékezetű dicsőült édes atya nyomdokait követő jó Fejedelmünk mindgyárt uralkodása általvételekor közre bocsátott kegyelmes leírásában megígért, 's szentül meg is tartott, hazánk közönséges és különös törvényeinek, vallásaink, nemzeteink, közönségeink törvényes jussainak megerősítését, sérthetetlenül való megtartások' biztosítását, fejedelmi szenthittel is megpecsételtetni hallani, 's így a' felséges uralkodó házat, és az országot öszvekapcsoló szent kötést a' Mindenható színe előtt megújítani. —

Csak nem mind ürességben levő országos főbb hivatalainkra, mellyek a' mult idő viszontagságai között ürességbe jöven, a' törvénytől kiszabott rendes úton mindedig bé nem tölthettek törvényes jusunk szerént, csak a' közjó egyenes tekintete, 's lelki ismeretünk tiszta meggyőződésétől vezérlett

választásokat tenni a' törvény értelmében, — ez által határtalan jószágát 's igazság szeretetét örökségül biró áldott Fejedelmünknek, kinek az igazság kiszolgáltatása, és a' törvények végrehajtása eránti egyenes jusa, 's lelki ismeretes kötelessége, törvényeink szentségén alapúl, hazánk részéről értelmes tanácsadókat, egyenes és munkás tisztviselőket, bölcs és jóra vezérlő igazgatókat adni, 's ezt téve, a' törvényhozás oly fontos jusát fejedelmünkkel közösen gyakorló törvényes országgyűlését ki egészíteni. —

Az előbbeni országgyűlésen hozott, és felséges fejedelmünk által megerősített törvényeket kihirdetni, 's jótékony folyamatba hozni.

Törvényeinknek részszerént hiányán, részszerént a' mindég haladó időtől elmaraadásán, a' mostani és jövő idő kívánatai, de egyzersmind több századok viszontagságait megbirt, 's a' hosszas tapasztalás bizonyossága szerént, még sokakét megbirandó ősi alkotmányunk alapelveihez képest, rendszeres segitést czélarányoson 's foganatoson elintézni.

A' majd minden közterheket ereje csaknem kimerüléseig hordozó számosabb földnépeink sorsát, felséges fejedelmünk atyai intézete szerént tekintetbe venni; — azután a' vallás, nevelés, tanítás, mesterségek és kereskedés előmozdítására, az igazság egyenes és serényebb kiszolgáltatására, az ország boldogságát sok tekintetben tárgyazó kama-

rai dolgokra, 's biztos fenn állhatásra mindig szükséges köz védelem erejére fordítva méltó figyelmet; mindezekre nézve, a' már kidolgozva lévő rendszeres munkálatoknak megvizsgálására, és a' kinem dolgozottak czélszerű kidolgozására, ezen valóban sok különböző esméreteket, tapasztalást, felfogó bélátást és fáradhatatlan lelkes munkásságot kívánó tárgyakhoz képest, hazánk derék fiai közül közbizodalom útján, olly biztosságokat választani, mellyek azon nagy munkákat, a' jó fejedelem 's hív alattvalók közös ohajtása szerént, minél előbb czélszerűleg megtegyék, hogy azokat ő felségének törvényiránti tiszteletéből, 's népei boldogítása ohajtásából, közelebbről nyerendő országgyűlésünkön, országoson megvizsgálva, kegyelmes megerősítés végett felterjeszthesük, 's így a' haza boldogságát eszközölhessük.

Valóban kevés pontok alatt olly szép, magokban olly sokat foglaló, 's olly messze befolyással bíró tárgyak vannak a' királyi meghívó levélben kijelelve, mellyek valamint minden igaz hazafiunk, úgy az egész országgyűlésnek is figyelmét méltán megérdemlik.

Alkotmányunknak alap elvei lelki ismeretes megtartása mellett, a' lehető hiányok, bécsúszott hibák és vissza élésektől megmentése, hazánk minden sorsu népei boldogságának eszközlése vagyon intézkedésünk alatt. Hajnalt derithetünk hazánknak! Ezt tennünk kívánja a' józan okosság, ezt tulajdon, 's ké-

ső maradékaink boldogsága, ezt Hazájokhoz és fejedelmükhez egyaránt hív eleink emlékezete.

Bizonyosan megvagynak arról mindnyájon győződve, hogy ha szintén az igazság sokszor csak a' különböző vélekedések megvitatásából fejlődik is ki, senki sincsen még is e' teremben, ki ezen nevezetes tárgyaknak, a' haza boldogságára lehető legjobb sikerrel való elintéztetésöket, egyaránt buzgón ne o-hajtana.

Tudjuk azonban mindnyájon, hogy az ember gyarlóság alá vagyón vetve, 's ha ugyan nem vigyáz, legjobb szándékkal is elvétheti a' czélt. — Kezében csupa messze vittel által a' virtus vétekké, a' takarékoság fös-vénységgé, az adakozás vesztegető pazérlás-sá, a' szó kimondás illetlen gorombasággá, az önérzés maga elbizássa, a' bátorság vak-merőséggé, 's ki hihetné? még maga a' megfontolás is szörszál hasogató kétkedéssé 's határozatlansággá válhatik.

A' józan okosság egyik főfeltétele, 's a' magyar alkotmány sok százados méltó büszkesége: kihallgatás, és megvizsgálás nélkül nem itélni; hallgassuk ki egymást szelíd türedelemmel.

Előre méltán meglévén mindnyájon arról győződve, hogy bár mellyik hazafi is, csak jót, és jó czélból kíván mondani, egyikünk se magyarázza balra a' más állítását, ne hogy a' balra magyarázás lábra kapván, káros meghasonlást szüljön.

Férfinuhoz, 's választott férfiakból álló gyűléshez, nem igen van egy illőbb virtus a' magával birásnál, melly ezt olly díszesen különbözteti meg, az éretlenek gondatlan sergétől. —

Én részemről semmi fáradságot, semmi áldozatot nem tartok terhesnek, mellyet egy hazafi törvényes Fejedelme aránti hívsége, 's hazája szeretetének oltárára tehet, 's teljesen megvagyok arról győződve, hogy a' Tek. Rendek is egyen egyen, felséges Fejedelmünkért 's szeretett hazájokért, véreket is ontani mindenkor kész, dicső eleink példáját követve, hasonló buzgó érzéssel vannak, és a' törvényes fejedelem és a' haza elválhatatlan jóváért, nem csak lankadhatatlan szorgalommal, hanem midőn úgy kívántatnék, személyes maga megtagadással is munkálódni állhatatosok maradnak.

Illy kétségbe hozhatatlan egyenes buzgóságoktól, csekély tehetségemnek bölcs tanácsadásaikkal segedelmezését, méltó bizodalommal kérvén, magamat a' Tek. Karoknak és Rendeknek kegyességébe, hazafi nemes indulatjokba teljes tisztelettel ajánlom.“

Melly köszöntő beszéde elnök ő excljának, a' nemes Rendek által háromszori zajos éljen kiáltásokkal fogadtatván, arra a' nemes Rendek részéről és nevökben ítélőmester tancsi méltóságos Földvári Farkas úr, következő elfogadó beszédében felele meg:

„Nagyméltóságu Statuum Praesidens Úr!

Kegyelmes Uram! E' jelen országgyűlés czélját mindnyájon tudtuk, — láttuk öszve hívó leveleinkből, hogy felséges új Fejedelmünk törvényeink legszentebb, legsarkalatosabb, és így legérdekesebb ágát kívánja maga is bétölteni 's velünk is teljesíttetni. — Nagy 's a' szónak teljes értelmiben felette fontos tárgyak állanak előttünk, — mellyeket eligazítani, nem csak törvényes felséges fejedelmünk iránt tartozó kötelességünk, hanem szeretett hazánk aránti lelki esméretes érzésünk is szorosan megkívánja. Ezen pillantatban, 's azután ezen országgyűlése folyamatajában is, szintén két millió lélek jóllétel kieszközlését esdeklő szemei tekintenek epekedő szívvel mi reánk 's dicső Fejedelmünk szent thrónusára; — a' jelen kor sorsa és állapotja, — a' maradék boldogsága, mellyért mi kezeskedünk, constitutionalis alkotványunk rendíthetetlensége, 's az utóvilág bírálására való 'figyelmezés: — ezek azok melyekben gondolatom szerint határozódik mostani országgyűlésünk. —

Az Excellentziád hazafiui előre látással és királyi hivséggel teljes kormányozását, 's esméretes szelid maga mérséklését a' roppant mindenség nagy statusának mindenható ura szentelje-meg, hogy a' tanácskozásokat vezérelhesse mindenkor az igazi közjó munkálására; — hajtsa jó fejedelmünk szívét erdélyi népe törvény szerént való boldogíttására, melly új uralkodójától minden atyai kegyelmet vár és teljesen reméll! —

Április tizennyolczadik napján, miután királyi biztos estei **F e r d i n a n d** Ő királyi Főherczegsége, a' tegnapi napon Ő Fenségéhez küldött országos tisztelő küldöttség előtt tett azon kegyes kinyilatkoztatás következtetésében, miképen Ő Fensége a' fenjelelt nap délelőtti 10 órájára a' nemes Rendei között meg fog jelenni és az országgyűlését ki fogja nyitani, a' kitűzött időben az előlmenő flsgs kir. főkormány tagjai által vezettetve, és főméltóságu udvar-mesterétől, mlsgos kamarásaitól 's titoknokától kísértetve, kegyes megjelenésével a' nemes ország egybegyűlve volt Rendeit szerencséltetve, megjelenését idvezlő többszörözött éljen kiáltások között végtére, számára, felséges Uralkodónk egész testi nagyságban lefestett 's felüggesztve levő képe alá, felemelt grádicsos helyre alkotott díszes ülő székét elfoglalta voina, díszes kalpagát fejére tévén (mint ezt az innep szokása hozza magával) az országgyűlését e' következő ékes deák beszédével megnyitni méltóztatott:

„Orbis universi admiratione laudibusque celebratus, et ab omnibus justa cum veneratione intime amatus augustissimus, dum vixisset Austriae Imperator, apostolicus Hungariae Rex et magnus Princeps Transilvaniae Franciscus I. postquam toto sui in quadagesimum quartum annum protensi, memorabilibus eventibus pleni, crebrisque tempestatum procellis jactati regiminis tempore,

populorum sceptró suo subjectorum salutí provehendae, inter adversa et prospera, assiduo continenterque intentus fuisset, inscrutabili divini numinis consilio, e mortali hac vita ad aeternas beatorum sedes evocatus est; recordatione sui, acerbissimum tantae jacturae dolorem, intimumque sinceræ pietatis atque amoris sensum, in tot millionum, quos quondam beavit, fidelium subditorum animis perpetuo excitaturus. Gloriose regnans Sacratissima Majestas, throni et excelsarum immortalis memoriae patris virtutum haeres, omnium augustissimæ suae domus haereditariorum regnorum et provinciarum, ac inter illas chari etiam sibi magni principatus Transilvaniae et partium eidem adnexarum regimine juxta sanctionem pragmaticam, naturali immediatae successionis ordine, faustissime auspicato; pie paterno suo salutem et felicitatem magni principatus, via legibus juribusque ejus municipalibus praescripta, procurandi studio, inclytos dominos Status et Ordines ad haec comitia modo legali convocavit, quorum praecipua objecta e benigni rescripti regii nunc perlecti tenoribus intellexerunt. Grato animo recolo Sacratissimæ Suæ Majestatis clementiam, luculentumque suae in me locatae fiduciae documentum, dum me ad haec nominatim comitia, perhonorifica plenipotentiarii augustissimam suam personam repraesentantis Commissarii provincia condecoravit, quae comitia nunc,

activitate mihi benigne delata, solenniter aperio. Sanctum igitur ac peramoenum mihi erit officium, ut paternis, clementissimis, in legum juriumque cujusvis conservationem atque confirmationem semper directis Sacratissimae Suae Majestatis consiliis pro virium mearum tenuitate satisfaciam; una etiam II. dominorum Statuum et Ordinum benevolentiam atque fiduciam mihi procurem, eorumque legali forma conceptas preces, repraesentationes et propositiones altissimo Suae Majestatis conspectui substernam. Cum itaque benignum rescriptum regium paulo ante perlectum, homagiale juramentum primo loco commemoret, mihi que penitus persvasum sit, quodvis inclytorum horum comiti-
orum membrum, non secus ac quemlibet fidelem principis patriaeque suae amantem, atque avitae constitutioni legibusque adhaerentem subditum, regem inter et regnum lege subsistens vinculum, religione jurisjurandi amplius adhuc, eo quo fieri possit ocyus confirmandi desiderio ardere; inclytos dominos Status et Ordines ad homagialis fidei jusjurandum, consveto legali modo nuncupandum provoco, quo praestito, juxta propriam Sacratissimae Suae Majestatis mihi benigne impertitam altissimam invi-
ationem, juramentum regium, nomine et in animam Sacratissimae Suae Majestatis, coram inclytis Statibus et Ordinibus, in aeterni numinis conspectu enunciabo.“

Melly ékes beszédekirályi biztos ő Fenségének a' nemes Rendek által viszont sokszorozott éljen kiáltásokkal fogadtatván, arra az országos elnök ő exclája a' nemes Rendek nevökben és részökről következő deák beszédet mondott:

„Serenissime Archidux, Haereditarie Regie Princeps! et Plenipotentiarie Commissarie Regie! Optimo, sapientissimoque principe divo Francisco I-mo, patre populorum suorum clementissimo, libertatis Europae assertore, cujus omnia consilia et studia, actiones omnes, provehendae fidelium suorum subditorum felicitati sacratae fuerunt, divinae omnibus suis operibus semper adorandae providentiae, inexplicabili consilio, e fragili hac vita ad immortalitatem, aeternaeque gloriae coronam evocato; perennaliter in omnium nostrum animis, tam justis, tam clementis, tam humani, et non minus amati, quam suos amantis principis memoria, nunquam interiturae gratitudini sociata. Quod ad acerbissimi et justissimi doloris, e tanta jactura concepti lenimen, multis, ardentibusque votis exorandum fuisset, id ex immensa supremi numinis benignitate ultro nobis datum esse, venerabundi agnoscimus. Nam in augustissimo imperatore Ferdinando, throni aequae ac regiarum immortalis memoriae patris virtutum haerede dignissimo, eum nacti sumus haereditarium principem, qui legum nostrarum, municipaliumque jurium

conservationi, paterna sollicitudine intentus, fidelemque hunc haereditarium augustissimae suae domus principatum, sibi arctiori mutuae fiducia vinculo devincire cupiens, generalia haec comitia modo, scopoque legali convocavit, viamque nobis aperuit, ut de publico patriae emolumento consilia legaliter inire, et ante omnia, quod ardentibus exoptabamus votis, alacri promptitudine, exultantibusque animis praestare, et conceptum jam omnium mentibus intemeratum fidei, obsequiique sacramentum faustissima hac die solenni jurejurando confirmare possimus. Gratis recolimus animis paternam Sacratissimae Suae Majestatis in nos propensionem, eo etiam benigne contestatam, quod ad haec comitia, plenipotentiarum commissarii regii, Sacratissimam Suam personam repraesentantis provinciam, Serenitati Vestrae Regiae concredere dignata sit, in cujus augustae persona, regnantis augustissimi principis patriuelem dilectissimum, magnae Mariae Theresiae in hungarorum animis aeternum victurae nepotem, et tot gloriosorum Hungariae regum excelsarum virtutum haereditatem veneramur; ut adeo, Ipsam quodam modo Majestatem, non tantum animis venerari, sed quasi oculis intueri valeamus. His omnibus in dulcem, eamque non dubiam erigimur spem, Serenitatem Vestram Regiam, hanc fidelitatis nostrae devotionem; sub ulteriore autem comitiorum cursu humillimas

nostras preces, justa desideria, legalia postulata, augustissimo Sacratissimae Suae Majestatis conspectui, benevola cum commendatione oblaturam, legaliaque nostra desideria, tanto protectore suffulta; apud optimum, populorum suorum amantissimum principem, optato effectu haud caritura. Quantum ad nos pertinet, omnes nostros conatus eo sumus conversuri, ut communem charae patriae felicitatem legalibus mediis promovere, nosque benignitate regia, et altis Serenitatis Vestrae Regiae gratiis dignos reddere valeamus; quibus nos, totamque nostram patriam, in omni humilitate, impense commendare sustinemus.“

Ez is megesvén, következett a' hódolói hit letétele, az 1744 esztendei 7-dik novel-laris articulusba béiktatott, 's ítélőmester mlgos Földvári Farkas úr által elő olvasott hit forma szerint; olly készséggel és örömmel, minek hallása, valamint a' hódoló nemes országgyűlése tagjait egyenként, úgy a' jelen volt hallgatók lelkit is fontosabban ritkán melegítő szent érzéssel tölté-el 's még felemelőbb öröm tetézte a' lelkes érzelmet akkor, midőn a' nemes rendek hódoló hitők letétele végben menetele után, királyi biztos ő fensége thronjába felállván, 's süvegének levétele, és leoldott kardjának a' körülötte álló mlgos kamarás urak közül egyiknek lett által adása után, jobb kezét az evangeliumratévén, a' fejedelmi esküt elmon-

dotta és letette. Mennyire érezte légyen pedig ő királyi fensége a' letett eskü fontosságát, ennek kitüntetése vagy csak egy ott jelen volt tagnak sem kerülheté el ritka örökre ragadó észrevételét, mi az azt követett csak nem szünhetetlen éljen kiáltásokban igen is kimutatkozott. Ekkor az innep olly szent komollyá válván, mint ezt a' tárgy fontossága megkívánta, királyi biztos ő fensége thronját viszont elfoglalván, következő diszes beszédet monda:

„Dum ex intimo pectore cupio, ut solenne jusjurandum, quod inclyti domini Status et Ordines, sanctitatis et justitiae divinae memores, in conspectu Dei omnipotentis nuncupaverunt, bene et feliciter eveniat; non possum gaudium meum occultare inde enatum, quod videam solenni hoc religionis actu, legale ac indissolubile optimum principem inter et inclytos trium nationum magni principatus Transilvaniae Status et Ordines intercedens vinculum arctius stringi, firmitusque stabiliri, atque ita avitam constitutionem, legesque regni, prout etiam jura officiaque singulorum validissime confirmari. Impleto hoc sancto, omniumque votis expetito jurisjurandi homagialis officio, inclyti Status et Ordines majore jam nunc cum fiducia, animique alacritate insecuturis diaetalibus suis sessionibus, magni momenti destinationi suae omni studio respondebunt, et ante omnia necessarias ad legalem omni-

um Officiorum restaurationem electiones, non secus et reliqua discussioni dominorum Statuum et Ordinum proposita objecta pertractanda suscipient, omnia ea solerter ac prudenter declinaturi, quae non modo superiorum comitiorum, in longius licet tempus protractorum, ad optatum condendarum salutarium legum, salutisque publicae promovendae, scopum perductioni obstiterunt, verum insuper beatae jam memoriae principi postquam diuturnam licet patientiam suam clementiamque expugnatam cerneret, praedicta comitia non sine dolore solvendi necessitatem imperarunt. Quod ad me pertinet, omnem daturus sum operam, ut intimam atque generosam inclyt. DD. Statuum et Ordinum in nuncupando solenni homagialis fidei jurejurando animorum consensionem promittitudinemque, prout etiam exultantis gaudii significationes, in me velut plenipotentiarium Sacratissimae Suae Majestatis ad haec comitia commissarium concordibus acclamationibus hos iter parietes hodierna luce manifestatas, sine mora ad altissimam Sacratissimae Suae Majestatis notitiam perferam.“

Mellynek végével megújult harsogó éljen kiáltások között, királyi biztos ő fensége, ugyan a' fels. kir. főkormánytól vezetve, 's a' nemes Rendek által keblet fesztető öröm érzések között kísértetve, a' gyűlést elhagyta, 's miután a' tisztelő kíséretből a'

nemes Rendek tagjai visszatértek, általok
az unionis juramentum is a törvény szerint
letétetett. E. H.

Episcopus Ermlandensis.

Die 26. Aprilis Frauenburgi (in Borussia in circ. Regiomontano) in Episcopum Ermlandensem electus est Episcopus Diandensis D. Hatten. Commissarius regius Sup. Praesidens D. Schön una significavit virtute sibi datae instructionis electionem hanc adprobationem regiam obtenturam.

E p i g r a m m a.

In vinolentum sciolum.

Solum te, Petre! pervidere verum
Quod jactes, alios vocesque talpas,
Non miror: sat enim superque notum est,
In vino latitare veritatem.

L o g o g r y p h u s.

Barbatus gradior, Judaeus non ero, nec sum.
Tolle caput, saevis adnumerato feris.

Solutio Logogryphorum in Nro 11.:

Clavis. — DVX.

Bővebb tudósítás az Egri fő Egyház felszenteléséről 's minőségéről, hiteles kutfőből.

Tartatott ezen szentelés' ünnepe folyó Máj. 7-dikén — miután az ezt megelőző nap délután 6 órakor az úgynevezett szegletkő temérdek sokasága, minden rendű 's nemű hivek jeletében Patriarcha Érsek ö Excja által letétetett. — A' szentelés kezdődött reggeli 8 óra tájban, 's tartott délutáni harmadfélig. Az e' végre rendelt szertartásokat, a' nagymisével együtt Patriarcha Érsek ö Excja végzé; Ms. Szathmári és Rosnyói Püspök urak tévén ö Excja oldala mellett szolgálatot; Ms. Csanádi Püspök ur pedig mise közben egy igen jeles sz. beszédet tartott, (melly már jelenleg sajtó alatt van, 's egy pár nap alatt nyomtatásban megjelenend). Az egész szent foglalatosságot kellemes napfény deríté, 's tevé örvendetessé azok előtt is, kik a' — tiz ezer embernél többet keblében fogadott — gyönyörű templomba bé nem férhetvén, e' körül a' szabad ég alatt bocsájták Istenhez, ki ezen remek művet létre jönni engedé, — buzgó fohászaikat. A' helybeli cs. k. Benzur ezredbeli katonaság; 's polgári lövészek; nem különben a' szomszéd Gyöngyösről e' végre meghívott huszárok' egy része tisztelkedés 's rendtartás végett felvala a' templom körül 's az ez előtt lévő diszes Lyceum téréen állítva. Minden részekről temérdek sokaság gyülekezett össze ezen jeles ün-

nep napra; a' fő vendégek között tisztelénk a' Veszprémi, Beszterczei, Szathmári, Rosnyai, Csanády, Fejérvári t. Cz. Megyéspüspök urakat, 's más két tit. P. és K. T. Sztankovics 's Ocskay ő mlstgokat; a' Zirczi Apát, 's Jászói Prepost urakat, igen számos idegen Kanonok 's más egyházi férjfiakat. Nem különben a' Tárnok B. Eötves; Gr. Keglevics kamara Praeses, Gr. Vécsey Generál, Gr. Ilinszky orosz senator ő Excljokat, Gr. Prényi S. septemviral., Gr. Almásy Kristóf 's más több Magnás 's főnemesi Uraságokat. Egy igen szép Kiküldöttség által tisztelkedék Borsod vármegye ez alkalommal ő Excljának, melly kiküldöttség szónoka t. Palóczy ur igen jeles beszéddel üdvözlé ő Exclját (mint alább látható). Nem különben t. Heves vármegye Alispánnya, a' Jász-Kun kerületek fő Kapitányuk vezérlete alatt jövének ezen napfényében részt venni, 's a' nap főtárgyának alapítóját ő Exclját köszönteni. A' szent foglalatosság végén ő Exclja, valamint a' helybeli Főkáptalan kanonokjai is a' jelen volt vendégek közül több százakat szívesen megvendéglének; estve az egész város igen szépen kivala világítva, — 's evvel tán példázni akarák Eger békes lakói, hogy 1837. 7-dik majus' kedves emléke örök fényként fog égni szívükben, míg ezt a' halál éjje végkép el nem oltandja! —

Leirhatatlan az öröm, élénkség és vídamság; — mind e mellett pedig a' szép

rend, 's béke, melly Eger útszáin ez alkalommal mutatkozik; minden ember méljen látszék érzeni az ünnep méltóságát. Minden jelenlévő idegennek artzvonásain meglegőlés mutatkozott; az Egriekén szinte nem kevesbé, — kik háladással érzik azt, miként lelkes fő Pásztorjok, — kinek már eddig is olly sok szép intézeteket köszönhettek, — most egy olly szentegyházat építe számukra, millyet a' templomaiban büszkélkedő olasz is örömet sajátjai közé számítana; — a' magyar föld pedig, mint e' nemben első remeket, méltán csudálhat.

Illő és érdekes itt ezen díszes és ékes szentegyháznak, melly a' legjelesbb 's tündöklőbb jelenkor épületei közé tortozik, minőségét és nagyságát röviden említeni? Kezdődött az építés ama veszélyes 1831 cholera eszt, — és így már eredetében jótékony vala az egész táj lakóira nézve, kik az előbbi szük esztendőök miatt sinlödtek, — sebesen föl-emelkedett az épület, 's terebélyes nagyságára nézve csak nem hihetlen serénységgel a' mult esztendő elenyésztével tekéletesen elkészült. Hosszusága, tornáczával együtt — (mellyhez 57 lábnyi széles lépcsőn van a' feljárás) 300 lábnyi, — szélessége 168 lábnyi, közép hajójának magassága 72 l., a' cupulaé 120 l., két tornyaie 168 l.; a' közép hajót két szélséjétől 16 corinthusi alakú, fejezetekkel ellátott, vereslő sárgán márványozott, 51 lábnyi magasságu, 5 lábnyi átmérő vastagságu oszlopok választják el, a' cupula,

melly 12 tágas ablakokon-át világítatik, 12 hasonlóakon nyugszik; a' hangász-karzat ismét más hamuszinü 8-on, úgy, hogy az egész templomban 36 felséges oszlop gyönyörködteti a' 21 l. magas főajtón belépő vizsgáló szemeit. A' lapos oszlopok és mellékoltároké „Verde antico“ módra vannak márványozva, a' falak egyszerűen festve a' felséges templom nemes idomzatát még inkább kitetzővé 's meglepővé teszik. A' templom alja veres és fehér márvány lapokkal ki van rakva. A' tornác 8 oszlopokon, 52 l. magasságúak áll. — Láthatók a' templomban többek között négy remek oltárképek; egy a' főoltáron Dannhauser Bécsi művésztől; a' két oldaloltárokon egy Schiavoni, másik Malatesti velenczai, 's az ellen mellékhajónak oltárképe Gregoletti szinte velenczei olasz művészektől. 14 Basrelief látszik e' felett a' templom-sanctuariumban — a' nevezetes olasz Casagrandetól készítve, — ki a' templom homlokzatján álló három colossale szobrot, hit-, remény-, 's szeretetet ábrázolókat, úgy, szinte itt, két Cherubot készíté. — A' templom építőmestere Hilt Jósef pesti, ki tudományát Romában nyeré. — A' templom homlokzatján ezen egyszerű szívreható írás láttatik: „VENITE ADOREMUS DOMINUM; és fentebb: DECURSU UNIUS LUSTRI EXSTRUCTA 1836.“ — Valamint a' templom úgy az ünnep emlékét is örökíti

még egy ékes emlékpénz Bécsi művész Böhm-től. (nézd Méhkas 162 l.)

T. T. Borsodi Követség szónokának üdvözlő beszéde.

Nagy Méltóságú, 's Főtisztelendő
Patriarcha Ersek Ur mélyen tisztelt kegyes Urunk!!!

Borsod vármegyének Karjai és Rendei, kik ön meggyőződésük szerint is; a' keresztényi és polgári élet siron inneni verzer elveinek tartják azt; hogy az Isten félelme: minden bölcsességnek kezdete, 's tető pontja; a' szelid Jézus menyből aláhozott evangéliomában foglaltt, 's az atyafiúi szeretet' talpkövéen épült erkölcsi tudománynak isteni szabályai pedig legfénylőbb szövétnekei, 's legbiztosabb kalauzai az emberi léleknek — érzékeny tisztelettel fogadván Excellentiádnak azon kegyes levelét — mellyben az általa épített templom felszentelésének örömnapjára — őket is meghívni méltóztatott — kebelükből a' végre küldének ki bennünket — hogy nevükben, és képükben, Excellentiád eránti tellyes tiszteletüknek legyünk hív tolmácsai — 's most a' békességnek édes Hazánk, és ezen vidék felett virágzó pálmái árnyékában — Excellentiádnak öröm ünnepében — Egernek hazánk történetei évkönyveiben classicus ama földjén vegyünk nyájas részt, mellyen nem illy örvendetes egy-

kori alkalommal — Borsodnak is segítségre felszóllított lelkes fiai — Babér koszorúját, a' magyar bajnokok Pantheonjának oltárára függesztették fel — 's a' kereszténység zászlói alatt harczolt magyar több Leonidások' tsata soraikban álva — vaskezekkel megrázni, és meg is alázni segítették a' félholdat.

Nagyméltóságu, 's Főtistelendő Patriarcha Érsek Ur! Hadd! mondja az emberi néha kelletinél szigorubb bölcsesség, hogy az Istenségnek legpompásabb temploma a' semmiségből az ő „Légyen“szavára előalott természet lévén — kézzel csinált hajlékra nincsen szüksége!!! Hadd! hivatkozzék a' részben, O testamentomi szent könyveink után — a' bölcs királynak ama felfohászkodására „Imé az ég, 's az egeknek egei be nem foghatnak Tégedet, mennyivel kevesbé e' ház, melyet én építettem.“ Ám hiszen a' természet igéző szépségeinek hijánnyait is többször az emberi teremő ész pótolják ki, 's a' nemes lelkűek tulajdonának a' szép izlésnek szent végre rendelt építményei — gyakran még az elfásult szívet is jótékony behatással rázzák fel, lelket fuvalanak a' falaik között szívből könnyörgőkbe; és az élet viszontagságai alatt roskadozó boldogtalanokba — 's ezeknek bár véges és homályos értelmét felragadják azon örökkévalónak thrónyához, ki a' Nagy Mindenségnek tsak tsudálható, de nem utánozható Építő Mestere!!!

A' minden jóért háladatos Haza — 's ezen közös jó anyának hív fiai, Borsod Vármegyének sok ezer nemesei is hálás szívvel magasztalják mind azon jókat, mellyeknek közlésével — Excellentiád nemzeti emlékeket állítván fel magának, tiszteletben marandó nevének elnem enyészhetését életében ön maga vivta ki — törvényeink tábláiban is tündöklük Excellentiádnak hazafiúi ama fényes tette, mellyel az ország lelkes ajánlatából építendő nemzeti museum teremének falait, mi előtt azok valósággal léteznének Excellentiád már elve is felékesítette — 's jelenleg magasztaló viszhangra talál szíveinkben a' nemzeti dicséretnek azt zengedeztető haggja is: hogy Excellentiád az Istenségnek szentelt hazánkbeli templomokat egy, nem csak érseki vagy országos, hanem (külföldi vándor! Te nem fogod soha megtagadhatni az érdemtől igazságos ítéletedet!) egy valójában európai szépségűnek mondható épülettel szaporítani szíveskedvén, tettleg mutatta meg Excellentiád azt: hogy a' szent végre rendelt roppant nagyságu, 's remek ízlésű épületeknek alkofói, a' Sztrednai Vitéz Jánosok, Bakács Tamások, Migazzyak és Eszterházy Károlyok hazánkban még ki nem holtanak.

Buzgó szívvel ohajtván tehát! hogy a' gondviselés Excellentiádnak közhasznu életét — a' jóltevősködésével ápolgatandó emberség, a' szép tudományok és édes hazánk-

nak javára — még számos évekig terjessze! magunkat, 's a' Főpapi és Hazafiui erényeket teljes mértékben méltánylani tudó Borsod Vármegyei Karokot és Rendeket — a' mi Küldőinket Excellentiádnak kegyességeiben, jóságában és szeretetében, a' Megyénk-hezi szíves hajlandóságot — ezentul is mindenkori szíves hajlandósággal visszonzva — igaz tisztelettel ajánljuk!!!

*Responsum Romani Pontificis Gregorii
XVI-ti ad electum Episcopum Stephanum Kollár.*

Sua Sanctitas Romanus Pontifex Gregorius XVI. ad Illustrissimum Dnum Stephanum Kollár el. Episcopum Tribunicensem, Praepositum Sancti Michaelis Archangeli de insula Leporum, Lectorem et Canonicum Metr. Capituli Strigoniensis, Consiliarium C. R. et Sede Archiepiscopali vacante Capitularem Generalem Vicarium, qui Suae Sanctitati pro novo anno filialia vota universi Archidioecesis Strigoniensis literis venerabundis depromserat, et novum Schematismum Archidioecesis Strigoniensis pro anno 1837 submiserat, de 12-a Aprilis hocce responsum teneritudine plenum dedit:

„Gregorius PP. XVI. Dilecte Fili! Salutem et Apostolicam Benedictionem. Perlatum est ad nos libellus recensionem conti-

nens Cleri Dioecesis Strigoniensis, atque una literae, quas Calendis Januarii tuo juxta ejusdemque Cleri ac totius fidelis populi nomine, occasione renascentis anni ad Nos dederas. Officium equidem libentissime accepimus; nec enim potuimus non delectari plurimum consignata rursus memoratis in literis testificatione vestri animi Nobis Sanctaeque huic Sedi addicti, ac devoti; et significatione piarum precum, quibus infirmitati Nostrae abundantiam gratiae coelestis uberesque fructus ejus, quae instantia Nostra quotidiana est, sollicitudinis omnium Ecclesiarum implorare a Domino non intermittitis. Nos vicissim Ipsum suppliciter obsecramus, ut Tibi eisdemque istius Ecclesiae Clericis Laicisque fidelibus prospera et salutaria cuncta pro bonitate sua largiatur. Denique superni hujus praesidii auspicem et paternae Nostrae caritatis pignus adjungimus apostolicam benedictionem, quam omnibus quidem praedictis communem esse volumus, sed peculiarem in modum Tibi, dilecte Fili, intimo cordis affectu impertimur. Datum Romae apud St. Petrum die 12. Aprilis Anni 1837.
Pont. N. An. VII.

Gregorius PP. XVII. m.p.

Aliquid de novissima legis rogatione, de Decimis hibernicis, comitiis britannicis proposita.

Die 1-ma Maji proposita est rursum in curia inferiore rogatio legis de decimis pro Hibernia, quae jam quinta est in hoc genere inde a tribus annis, quemadmodum id Lord Morpeth observavit. Principium legis rogatae, uti in prioribus fuit, est iterum decimarum in constantem, a terrarum possessoribus percipiendum, annum censum conversio, cujus desumptio et distributio civili deputationi committitur. Regimen omnes fere mutationes, quas Lord Stanley in priore ejusdem argumenti rogatione proposuerat, ad hanc recepit, illa excepta, quae Deputationi prohibere debuisset quodcunque beneficium ecclesiasticum infra 300 lib. st. deprimere. Regimen contra in consilio habet beneficia 500-tis lib. st. ampliora reducere, et parce dotatas parochias adaugere. — Literae Londino de 2-da h. de supra dicta rogatione haec ferunt: „Ita dicta appropriationis clausula (art. de redditibus ecclesiasticis in alios usus convertendis) e rogata lege quoad nomen quidem missa est, principium tamen illud, ut omnis populus e redditibus ecclesiasticis utilitatem capiat, per id est vindicatum, quod ecclesiae ministris tributum 10 a centum imponatur, quod in genere in educationem populi, sine religionis discrimi-

ne convertendum sit, et quidem ea ratione, quam comitia deinceps determinaverint. Decimarum vero praestationem proprietarii terrarum in se recipiendam haberent, et quidem in proportionem 70 a centum, e quibus Ministris religionis 60 puri proventus maneat. Hoc quidem magnum est sacrificium, quod tamen infausta inter ecclesiam (anglicanam) et populum in Hibernia dispropor- tio necessarium reddit, quodve 15 dun- taxat centesimis majus est, quam quod fac- tio Tory sponte in Anglia ipsa jam immo- laverat eo scopo, ut ministris religionis fi- xos proventus, velut fundorum census, lo- co incertarum et molestarum undique deci- marum procuraret. Ut sacrificium hoc in Hi- berna Ministri regii adversariis suis tanto ac- ceptabilius reddant, priori consilio, — omnes redditus ecclesiasticos uni soli administratio- ni concedendi, ut ab illa dein singuli reli- gionis ministri salaria obtineant, — renunciant. Praeterea Ministri r. in locum prioris sui projecti redditus ecclesiasticos inter ministros aequabiliter dividendi, consilium Domini Stanley adoptarunt, quod factioni Tory adeo placuit, ut illud etiam Curia superior, in novissimis comitiis cum mutationibus quibusdam acceptaverit. — Praedici adhuc ne- quit, an et quomodo factio Tory novam hanc de decimis roga- tionem probatura sit, quoniam summo silentio eam audivit, neque ul- lus e factionibus quidquam prolocutus est.“

Paginae „Courier“ de eadem rogatione haec advertunt: „Ministri prioribus comitiorum vestigiis inhaeserunt, in quibus principium appropriationis in scopos institutionis et educationis expresse reservatum fuit; principium hoc adjunctis temporum accommodarunt, et tributum, a redditibus ecclesiasticis pendendum, loco incumbentis alias scholarum curae ministris imponendum svadent, ut sic Civitati facultas procuretur, partem hanc obligationum adimplendi. Hoc consilio articulus legis orig. de adpropriatione in longe meliore loco collocatus esse videtur, et principium, quod Curia prius suum profitebatur, ea ratione in effectum deducitur, ut nulla difficultas formari possit. Ministri protestantes educationem catholici populi procurare nequeunt, justum itaque est, ut proventus, in hunc finem eis collatus, per ipsam Civitatem eo convertatur. Ministri Coronae consilia duntaxat effectui mancipant auctorum comitialis decreti, quo protestanticus clerus in Hiberniam transplantatus fuerat. Principium appropriationis salvum praestant, illud tamen ita in usum deducunt, ut adversariorum inimicitiam, nostra opinione, evanescere oporteat. Interea tamen sperari neutiquam potest, ut Proceres in sapiente hoc consilio consentiant, nam ecclesiastico etiam tributo (in Anglia), quod pari sapientia rogatum est, semet opponunt.“

His relatio Diarii Viennensis non undequaque consentit, ubi haec leguntur: „Proposita rogatio legis de decimis in genere eadem est, quae superiore anno fuerat, nisi quod mutationes quaedam, obtutibus factionis Tory faventes, in ea susceptae sint, ut sic acceptabilior reddatur. Fundamentale principium etiam nunc est commutatio decimarum in censum fundualem, qui 30 centesimis minor sit vero decimarum valore. Quod adinet rationem, qua redditus ecclesiae, hoc modo obtenti, dividendi sint, etiam hujus anni rogatio habet sibi adnexam scalam salariorum ecclesiasticorum, quae inde solvenda sunt, deque eorum quantitate, quae in tantum aliam nunc accipit determinationem, in quantum ad factam anno praeterito per Lord Stanley ex interpellatione Cleri propositionem svadetur, ne ulla ecclesiastica salaria infra 300 lib. st. reducantur. Praecipuus lapis offensionis, articulus ita dictus appropriationis, etiam immutatus. Nempe secundum anni superioris rogationem cuncti proventus ecclesiastici per regios sylvarum commissarios colligendi et per eosdem salaria ecclesiasticorum exsolvenda erant, superabundans dein summa aerarario inferenda fuisset in educationem populi sine discrimine religionis convertenda. — Contra in moderna rogatione postulatur, ut ex omnibus ecclesiasticis in Hibernia rediti-

bus 10 a centum tributum dependatur, ex quo fundus institutionum conflari possit; in cujus dein vicem clerus a jurejurando, inde a temporibus Henrici VIII. originem habente, quo semet ad id curandum obstrin-gebat, ut in quavis parochia schola parochialis erigatur, absolveretur, obligatio, a qua semet Clerus in Hibernia plerumque hucadusque etiam annuo 10 schilling ad fundum studiorum contributione immunem prae-stitit. Certum est, principio appropriatio-nis nunc in usu alium prorsus inditum esse characterem, per id, quod abalienatio ad certam mensuram, certam partem, seu quo-tam ecclesiasticorum reddituum restricta sit.

v. * e W.

Rarae imagines et libri e bibliothecis claustrorum sublatorum hispanicorum.

Postquam D. Baro Taylor cum rara ac pretiosissima pictarum imaginum collectione, — quae celeberrimorum veteris scholae hispanicae magistrorum opera in auctionibus publicis claustrorum sublatorum vilissimo pretio ad mandatum regiminis gallicae coëmerat, — jam Parisios adpulisset; alter vero mandatarius ejusdem regiminis Barcinonae libros e bibliothecis claustrorum coëmere coepisset, tandem regimen hispanicum expergesa-

ctum exportationi huic finem imponere statuit. Decreto itaque regio in futurum prohibetur exportatio in exterar oras inque colonias vetustarum imaginum, librorum item et manuscriptorum.

.v * e W.

Exempla novissima Justitiae popularis Lynchianae in America boreali.

Popularis justitiae administrationis, quae in America foed. boreali sub nomine legis „Lynch“ in usu est, quaedam memorabilia nuper iterum exempla edita sunt: Memphi, urbe reipublicae „Tennessee,“ mulier quaedam vitae abjectae viduam aestimatissimam per plateas pelle vaccina persequabatur propter manifestatam illam duntaxat suspicionem, quod aliquis e famulitio suo ab eadem hospitio exceptus fuerit. Res magnum excitavit tumultum; populus, cui ordinaria tribunalium procedura lenta videbatur, domum delinquentis ad fundamenta usque diruit; interim e domo jaculationes factae sunt, et plures vulnerati. Hinc exacerbatio animorum nova incrementa cepit, itaque in publico conventu decretum, ut rei in navicula absque remigiis medio flumini Mississippi committantur, quod etiam factum est! — In Mansfield matrona quaedam e Middletown familiares invidendi causa commorata, per viros larvatos e domo

protracta, axungia illita et plumis inspersa,
sicque ad plateam projecta est, et quidem e
sola concepta de bonis ejusdem moribus sus-
spicione.

v. * e B.

Beneficium.

Antiquum Orsovae desiderium tandem
adimpletum est; ecclesia ibidem catholica
organo musico provisa est, quod munificen-
tiae benefactorum in acceptis referendum.
Illustrissimi quippe Episcopi Csanadiensis
Jos. Lonovics, qui 130 fl., artificum item,
in utraque patria notissimorum, Kazanensium,
qui 50 fl. contulerunt. Hoc obtutu et-
iam Ill. D. Comiti Stephano Széchényi, ve-
lut operis hujus primo auctori gratiae de-
bentur.

v. * e J.

Logogryphi.

Sum conflata novem numero vox splendida notis,
Anterior nostri pars, terret castra ferarum,
Ungenti Christum, pars altera cessit aroma.

C...us L...dk.

Passim quaestorum cunctas exorno tabernas,
Foemina me quamvis rara videre cupit.
Fronte carens surgit cum ramis ter quatuor arbor,
Illius ast fructus, quisque labore venit.
Quae fuerat duplex, formetur litera simplex
Nata suo totam concutit ore Domum.

Jos. Em. C. Kasz.

Hodiernus Portugalliae Status.

Paginae „Periodico des Pobres“ has literas ex Vizeu de 28. Martii communicant: „Utile futurum existimo, si has literas intuitus paginas assumeris, experiendi gratia, an gubernium experrecturum, mediaquetandem certa atque strenua arrepturum sit, quibus e discrimine gravi, in quo versamur, eripiamur. Provinciae enim huic, et, opinione mea, toti regno plena imminet anarchia. — Securitas individualis nulla amplius superest: latrones violenter domos invadunt, quivis proprio pugno justitiam sibi pro lubitu administrat, quoniam a Magistratu jus obtineri nequit; hi enim nec physicis, nec moralibus pollent viribus; praeterea ordinarii Judices et delegati regii, fixis salariis provisi, nec quidquam emolumenti e litibus habentes, eas parum curant. Juratorum collegia mille patrant stultitias; hoc pulchrum quidem est institutum, at pro tali duntaxat regno, ubi intelligitur, quidnam illud sit, neque vero pro rusticis et incultis hominibus, e quibus fere hic solis juratorum haec collegia conflantur. Principalis apud nos error in legislatione latet, quae provisorio duntaxat semper manet, et nec moribus nec characteri populi respondet; quousque autem hoc ita perduraverit, ad absurda quaeque delabemur. Praemissa haec sequentibus exemplis confirmantur: In urbe „S. Petro do Sul“ medicus quidam

ex odio privato trucidatus est; aliquot diebus post in sequelam hujus homicidii aliud individuum interfectum. In Lamego ante paucos dies Notarius tribunalis sup. occisus, vir probus, qui temporibus Don Miguel emigravit, et inter volones r. stipendia Reginae meruit.— Heri Povolidae, hinc ad sesqui lencas, horribilis eventus locum habuit. Duo ibidem audacissimi fratres, turbulenti et discordes, mutuo se invicem jam saepius armati impetebant et plumbeis etiam glandibus vulnerabant. Quivis eorum suos habet rixarum avidos assecclas. Quidam ex his, qui controversiis implicitus fuit, necem sibi ab adversa parte praemetuens a longiore tempore huc in urbem Vizeu semet recepit, cum interim negotiorum procurandorum causa Pavolidam reverti cogere-
 tur, vigiliarum magistrum et corporalem e legione 2-a venatorum, ut comitarentur, requisivit. Vix dum eo perveniunt, alter e fratribus populum contra eos concitat, concursu-
 que facto, omnes tres trucidantur. Nuncium hujus eventus summam hic excitavit exacerbationem, iudices illico delegati sunt, cum 50. venatorum manipulo et 25. equitum turma, de sceleratis vindictam sumturi; at vero quid inde boni sequetur? — E calamitate nova calamitas! — Nam etiamsi omnis cura disciplinam inter milites conservandi adhibeatur, ii tamen nece commilitonum exasperati ab excessibus contineri vix poterunt.— Ad „Francoso“ domus divitis cujusdam familiae per

catervam 40 virorum, qui omnes equites fuerant, direpta est. Venatores ex Almeida illos persecuti sunt, et plures eorum interfecisse dicuntur. Hi et similes eventus communem incutiunt inquietudinem, diffidentiam ac pavorem, nemo se securum credit: populus, qui facta non vero pulchra verba respicere solet, quive dissolutum hunc rerum statum ante oculos habet, anhelis votis antiquum ordinem reducendum desiderat, ubi perversi per Praefectos (corregidores) et justitiae tribunalia in freno retenti fuere. Si regimen sapientibus ac strenuis remediis opem ferre non festinaverit, et quidem non in charta solum, sed ipsis actionibus efficacibus, nescio, quo haec nos deductura sint.“ — Universalium paginarum familiaris literis his sequentes adjicit animadversiones: „Similes in genere undique audiuntur querelae, quivis intelligit, ita negotia manere non posse, quin tamen remedia indicare valeat, quibus res in melius mutandae sint; omnis fiducia in mirificis regiminis viribus collocatur, clamor undique: „Ministri fortia ac sapientia adhibere debent media.“ Hoc quidem facile dictu est. — Inde ab anno 1834 cunctis diversorum colorum ministris idem satis inclamatum, et frequentius adhuc inclamabitur, ast incassum. Unde enim lux in has veniat tenebras? unde vis et fortitudo in agendo? unde necessaria in populo voluntas et obsequendi studium? miracula miraculis cumulare opus foret, ut nunc jam quaequae in meli-

us vergant. Verum enim vero prout globus e clivo praecipite demissus in celeri lapsu retineri nequit, ita nec perniciiei, cui regnum objectum est, obices poni amplius possunt; universalis calamitas per omnem socialium vinculorum dissolutionem culmen nondum adtigit, semper adhuc incrementa capit; politica revolutionis coriphaeorum delicta adhuc progressus faciunt: temporum procellae furorem suum plene effundere debent, antequam saniora sequantur; magnumque discrimen hodiernae rerum conditioni finem imponendum habebit. In aliis regnis seditionem populus primum movere consuevit, si regni constitutio eidem invisita sit, hic vero casus ille singularis, inque suo genere profecto unicus emer- sit, quod populus tranquillus, nullam aliam regni constitutionem optaverit, ipsum autem gubernium contra se ipsum revolutionem suscitaverit, cuncta, quae stabilita fuere, evertit, omnes administrationis ramos repente et ea ratione e fundamento immutavit, ut inde ejusmodi convulsiones publicae enatae sint, quas neque auctores quidem earundem enodare potuerint. Filum diu multumque productum atque conglomeratum, cujus nunc nec exordium nec finis inveniri potest. A comitiis centum capitum, et a mutantibus ac variis ministrorum collegiis absque capite multiplicia duntaxat reipublicae administrandae experimenta excudi excludique poterant; hodie hoc, cras illud; hodie quidpiam vi et efficacia prae-

ditum, cras virtute omni spoliatum; nunc aliud in usum positum, idem mox invalidum declaratum. Glomeris filamenta in dies magis magisque implicata et in semet perplexa reddebantur, sic evenit, ut tandem cerebrum etiam populi perturbatum sint, qui tandem, quid sibi facto opus sit ignorat, nec quid agendum, aut omittendum, nec cui aut quomodo obtemperandum sit, novit; quid mirum, si nemini tandem obsequatur, si quivis, quae sibi praesto sunt, media arripiat, sint illa licita, aut illicita, non legum praescripta sed sua quisque sensa audiens; cum vero haec non modo nullis religionis conceptibus defecata, sed potius ad infimum depravationis gradum submersa sint, quilibet suis tantummodo effrenatis affectibus indulget, atque ita cunctae illae horrendae odii, latrocinii, ac necis scenae adducuntur. Post primum novae civitatis constituendae experimentum infausti ominis signa illico convertenda erant, et vetus administrandae reipublicae ordo, qui in se nequam malus, sed abusibus duntaxat corruptus ac labefactatus fuerat, repurgatus rursum restituendus erat, et cuncta adhuc in antiquam salutarem semitam reducta fuissent; ast theoreticae sapientiae atletae in comitiis consurrexere clamantes: „nihil minus, quam regredi ad antiqua, sed potius progredi in reformatione debemus, omnes revolutiones sub initium turbas et animos inquietos producant, quibus nos deterreri haud patiemur, imo et-

iamsi praesens generatio inde incommoda senserit, et multa pessumverint — futura nobis benedicet; Gallia documentum praebet! macte itaque animo antrorsum cum reformatione ac illuminatione populi!“ Et sic tandem tam procul processum, ut via, qua regredi liceat, inveniri amplius nequeat. Quae vero remedia arripiat gubernium, quod physicis aequae ac moralibus viribus destituitur, in ducendo tantum calamo strenuum et ferax, cui tamen robur deest, in Gallia revolutionale tribunal in procuranda reformationibus efficacia illud succollavit; quod denique nec tanta potestate valet, ut unum carnificem constitueret, qui innumeros in carceribus sceleratos arbori infelici suspendat. Regimen! quod exercitum metuit, cujus idcirco numerum jam adeo imminuit, ut ab eo nullam opem sperandam habeat, etiamsi ei confidere posset, quod tamen fieri nequit, prouti id bellum, cum latrone Remechido gestum, clare demonstrat. In talibus rerum adjunctis nullum profecto ministrorum collegium opitulari potest, etiamsi ex optimis conflatum fuerit elementis. Mores generationis praesentis aevi nostri adeo jam depravati sunt, ut non tam facile negotiorum emendatio exspectari possit, quam quidem frequens ministrorum mutatio tanto minus promovebit. Per hanc quippe putant quidam fore, ut mala sufferantur, et melior rerum conditio adducatur, cum tamen hoc facto profundius semper in sentinam malorum mergimur,

ex qua nos gravissimum duntaxat rerum omnium discrimen protrahet. Quis autem in hoc discrimine victoriam reportaturus sit, an Comitia sub altero Robespierre per systema terroris, quemadmodum id jam hinc inde sententia quorundam innuebat, an absolutus monarcha, si nempe comitiorum consilia naufragium passa, et ipsa per populum exterminata fuerint? hoc apud populum adeo inconstantem, neque ullius dominatus patientem, certo praevidi nequit. Medium autem justum, inter ambo extrema, locum deinceps habere posse haud videtur.“

v. * e B.

Mire van fő szüksége a' Státusnak most, midőn az ész halad, a' boldogság pedig hanyatlík.

(Folytatás. l. 121 l.)

Pusztában, a' szent magányban gondolom én magam, midőn e' fontos, sőt legfontosb tárgyról elmélkedem; nem látok, nem hallok, nem érzek itt egyebet a' valónál, azaz: igaznál 's jónál: minden személyről pedig, magamét sem vevén ki, megfeledkezem. — Mennyire fájlalnám, ha szavaim is pusztában hangoznának-el! — —

I. „A' Status tartozik létre hozni mind azt, mi az embereket, főkép pedig a' nővendék polgárokat jókká teheti; eltávolztatni ellenben, mi azok' szívét 's eszét megronthatja, vagy roszra kényszeritheti.“

Religio — az egyedül boldogító, — mint, ezt a' nazareti mestertől vettük; mely-

hez Socratesz, Cicero, Seneca 's más diszei nemünknek nagy ész 's tiszta szándék mellett közelítének, 's minőt Salamon és Verulamii Baco minden bölcselkedés' gyümölcsének neveztek, tartozik mindenek előtt 's felett ide. — Ez a' mindentudónak 's ítélendőnek hite, élő hite, 's a' lélekisméret által minden kötelesség iránt pontossá teszi az embert nem csak ott, hol mások látják, vagy annak teljesítéséből haszon háramlik, hanem titokban is, vagy hol annak teljesítése áldozatot kíván. Ez valamint minden tökély' kutfejének 's középpontjának vallja a' mindenség urát, úgy minket az ő hasonképeinek, kiknek lehessen is, kelljen is tökéleteseknek lennünk, „minő a' mi mennyei Atyánk“ kinek, semmi sem tetszhetik, 's kihez semmi nem juthat, mi nem szent. Ez parancsolja, hogy jóllehet mi mindnyájan egyenlők 's egy anyagból készülttek, egy életre, halálra 's halhatatlanságra határozvák, egy atyának gyermekei 's egymás közt testvérek vagyunk: mégis törvényeknek, előljáróknak kell lenni köztünk, 's ezeknek mindenki szót fogadni tartozik, csak hogy az „engedelmességnek józan okokra épültnek (obsequium rationabile) kell lenni.“ Ez a' törvényhozóknak komolyan mondja: „minden ujdontörvény, melyet nem az atya plántált, ki fog irtatni.“ Az előljáróknak: „a' legszigorúbb ítélet azokon fog tartatni, kik kormányoznak,“ a' birtokosoknak: „javaimat bízom reátok, számot fogtok adni sáfárko-

dástokról; kinek több adatott, több is fog tőle kívátni. „A' Religiót tehát, melly józan tisztaságában csak jót eszközölhet, mellynek igája kellemes és terhe könnyű, tartsa szemei előtt a' status; ez iránt a' méltó tiszteletet, mindenkor és mindenütt nyilvánítsa; ezzel mint eszközzel nemszent czélokra vissza ne éljen; azokat, kik a' szentet embe-
riség' gyalázatjára káromolják, fenyítse; könyveket, mellyek ennek tanítmányit megtámadják, a' nélkül hogy jobbat, nyugtatóbbat 's boldogítóbbat adjanak helyébe, — ált nem látván, hogy az, ki embertársát az eddig bizonyosnak tartott ártatlan 's boldogító hittől megfosztja, nem kevesebb mint gyilkos reá nézve, — távoztassa a' nép' kezéből, de nem a' tanítókéből. Azokat válaszsza, vagy mi jobb, választatni engedje az egyházi kormány által, kik eszök és szívökre nézve méltó képviselőji legyenek annak, kinek helytartóji.

II-ik, mi a' Statusnak figyelmére méltó, a' nép nevelés, — a' népé mondom, tehát nem csak az ifjuságé, hanem a' felnőtteké is, 's nem egyedül test és ész, hanem szívképen is. Ide tartoznak mindenekelőtt a' tanító intézetek. Ezek' célja levén: az embert tudományra 's ez által emberhez illő életre, bölcsre t. i. és boldogra, készíteni: mind az és csak az tanítassék bennök, mi mondott célra vezet, azaz: mi szükséges és hasznos. Főfigyelem fordítassék a' népiskolákra; ezek, hol nincsenek, hozassa-

nak-be. Első osztály a' vé d i n t é z e t legyen, minő Pestbudán több van, 's minőket egy hazai egyesület gr. Festetics Leo' előlülése alatt szaporítani, 's maga költségén védtanítókat is képezni szándékozik Tolnán. Itt az alig járni és szólni-tudó kisdedek, minden erőtetés nélkül 's mulatva, természeti tárgyakat ismer-ni, jó rendhez szokni, elmés és hasznos mon-dásokat magokéivá tenni tanulnak; mind e' mellett pedig szüléiknek otthon nem alkal-matlankodnak. Bár minden község töreked-nék illyest állítani! — Második osztályban az olvasáson, íráson és számvetésen kívül religióra; egészség-fentartás módjára diaeteticára, melly mindeddig, fájdalom! egészen feledékenységekben maradt; honi tör-vényinknek őket illető részire, Historiára 's Geographiára röviden; és Technologiá-ra 's főképen ennek legnevezeteseb ágára, a' mezei gazdaságra, tanítassanak a' gyerme-kek; 'őt tanácsosb lenne e' négy utolsó tárgy-nak különös harmadik osztályt rendelni, — hogy életbe lépven, tanuljanak magok gon-dolkozni, 's átlátván az ősi szokásoknak sok izbeni elégtelen sőt hiányos létét, nagyobb hasznát vehessék a' földnek; mi, ha nálunk lehető tökélyre vitetnék, mindennapi szük-ségén kívül fölöslegre is segíthetné a' mive-lőt, 's így sok elégületlenségnek venné elejét.

Alsóbb iskolákból — a' nemzetiekből, — nem előbb mint tizedik év' multával, 's csak azokat kellene följobb eresztetni, kik elég ész

és szorgalommal bírnak más magasb tudományok' tanulására; mit az iskolának helybeli igazgatója, nálunk bölcsen a' lelkipásztor ítéljen-meg. — Ha pedig valamelly szüle nem akarná gyermekét iskolába küldeni, a' helybeli előljáróság kényszerítse őt, 's mindaddig járjon oda, míg azt az iskola előljárói eléggé elkészültnek nem vallandják.

Ha a' polgári társaság a' külön 's közjogok' sérthetetlenségét tűzte-ki czélul, 's mind ezt egész kiterjedésekben védni tartozik, mennyivel inkább tartozik védni polgárai' életét, melly pártalan föltétel minden más jogok' birhatására 's teljesítésére. Első kötelesség e' részben az lenne: gátolni a' törvénytelen gyermekek' nemzetését; de mivel ezt részint jelen körülményink, részint pedig állati részünknek a' morális felett soknál meglevő uralkodása (gyarlóságnak nevezzük, 's kelletinél többször mentegetjük) sok esetben lehetlenné teszik, szoros tiszte a' statusnak: azok' életéről gondoskodni. — Követésreméltó példát mutat e' tárgyban Európának 's Amerikának majd minden miveltebb országa, hol a' talált-gyermekek' föl vételére 's apolására számos intézet (lelenczház, Findelhaus) díszlik. — Ezekben minden törvénytelen, vagy igen szegény, vagy gonosz szülék' gyermeke menedéket talál, neveltetik, tanítatik 's élhetési módra segitetik; melly nemes kötelesség teljesítése a' dicsőségen kívül, még számos, illy intézet-

ből kikerült derék személylyel is jutalmazza az emberszerető státust. Nálunk is volna illy lelenczházra szükség, valamint Polytechnicumra 's a't., de miből alapítsuk, 's miből tartssuk-fen ezeket, ha csak nem kéregetünk? Hogy illy lelenczház legalább Budapesten alapuljon, más forrás' hiányában álljunk össze, adjunk évenként össze valamit, tegyük a' pénzt gyümölcsözővé, 's állítsunk idővel célirányos lelenczházat, mellynek létrejütását kétségkívül a' ns városok is, mellyek évenként sok pénzt költenek illy szerencsétlenekre, többnyire siker nélkül, 's hazánk' nagyai is segíteni fogják. Így mentjük meg sok ember 's polgártársunkat bizonyos veszélytől.

Valamint a' lelenczházak a' gyámoltalan kisdedeket, szintugg pártolnák a' dologházak az ügyökfogyott korosokat. — Kétséget nem szenved, hogy azért viseli, vagy legalább tartozik viselni minden jó-erőben levő a' status terheit, hogy agg vagy büne nélkül szorult napjaiban legyen menedéke; nemde ez célja a' társas életnek? ha tehát akár szükség az azinség, akár pedig erőtlenség által arra jut valaki, hogy azt, mire szüksége van, honn nem találja, mert nincs, mások' segítségére szorul. Kéregetés illetlen, alkalmatlan, csüggesztő; köztartás ott, hol még erő van, fölösleges, terhes erkölcsrontó; a' munka, csak a' munka illő, — és mind magának a' dolgozónak, mind pedig dolgoztatónak hasznos, főkép dologházban, hol

minden kornak 's minden nemnek adhatni munkát. — Csak az egy selyemtenyésztést, a' most annyira tökéletesülő, röviden véghez vihető, 's olly dus hasznót hozó, de nálunk csak hozható, selyemtenyésztést említem. Itt a' gyermekek leveleket szedhetnek nagyobbak levéllel fedett uj hálót fel 's régig leszedvén étethetnek, az öregek selymet gombolyíthatnak, sőt fonhatják is télen annak szőrét; asztalosak 's más kézművesek is találhatnak itt munkát; 's így ezen egy, eddig még alig szóba jött ága a' köz-iparnak csekély költség mellett hánynak használna? az országnak pedig meggyőződésemszerint nem kevesbet mint a' gyapju. Illy intézetnek minden helységben lehetne 's kellene is lenni, mellyben minden más munka is elővétethetnék a' munkások' tehetésihez képest. — Már pedig kihozhatja ezeket létre? a' nép' atyjai, földes uraságok és megyék; ezeket én egész hazám előtt a' sinylődő emberiség' nevében kérem: örökítsék illy intézetek — dologházak — által az emberiség', 's mi még több, az érdem' könyvében nevöket; mert ítéletem szerint nemesebb 's érdemesb az, ki keresetet enged a' szorultnak, mint az, ki neki kész garasokat ad, ha nem is elfordult arczczal. A' rabok 's foglyoknál is ugyanezt lehetne követni, mint azt több ns megye dicséretesen már teszi is; sok, igen sok haszon háramlik innét: a' tartást megkeresik, foglalatoskodnak, használ-

nak és szereznek is valamit, mi által kiszabadultukkor megmenekedjenek az isméti rablás kénytelenségétől.

Eddig azokról vala szó, miknek a' statustól mint erkölcsiség' fő eszközlőinek létre hozatását, kívánhatni; már most vizsgáljuk azokat, mellyeket mint az erkölcsiség' fő akadályait, ha nem is végkép elhárítani, legalább lehetségig kisebbitni kellene. — Ide számítjuk: 1) A' törvényszegés alkalmát. Hogy a' törvény a' társaság' lelke, melly által ez élesztetik 's fentartatik, 's hogy nélküle a' társaság nem csak czélját — t. i. a' külön és köz boldogságot — el nem érheti, de fen sem állhat, mindenki tudja. — Minél tökéletesb a' törvény, azaz minél nagyobb ennek kiterjedése, minél világosb 's határozottabb, 's minél pontosabban teljesítetik, annál bizonyosabb a' külön és közjónak elérhetése. Minden tárgyról tehát csak egy és félre nem magyarázható törvénynek van helye, 's ez alul senki sem vétethetik-ki. Melly népnél az ellenkező létezik, az soká nem állhat-fen. 2) Az érzés rompító, 's indulatvadító példákat. Ide tartoznak mindenek előtt némelly játékszini darabok. — Hogy a' játékszín — de a' jól rendelt játékszín — a' legjózanabb tapasztalásnak, legtisztább erkölcsnek 's legnyájasb társalkodásnak legkevesb költségbe kerülő tanhelye, tudjuk és valljuk; de hogy itt bűnöket, vad indulatokat 's legártóbb el-

veket tanulhatni, ez is igaz, mellyektől én a tisztább lelkeket szivemből ovom. — Embergyűlölés, elégületlenség, szertelen önszeretet, boszszúvágy, ön- és másokat gyilkolás ezek' gyümölcsei, mellyeknek köz és külön jóra más, mint borzasztó, hatásuk nem lehet. — Igaz ugyan, hogy a' rosszat is tudni kell annak, ki meggyőződésből's ön-elhatározásból jó akar lenni, de hány képes közülünk ön-elhatározásból jó lenni? nemde többnyire félelemből, illedelemből, reményből, vagy mi legtöbbször esik meg, a z é r t v a g y u n k j ó k, m e r t a' r o s z a t n e m t u d j u k; ezeknek tehát csak megtudni a' rosszat's abból kellemsikert remélhetni elég a' rosszszá-lételre. Sokan fognak itt sokat mondani, de helyeset é? — Az előljárók's tekintettel-bírók' tettei istartoznak ide, de ezt elég megpendíteni. Végre

3) A' n a g y s z e g é n y s é g e t. Hol ez nyom, hol az életnek első szükségai is hiányzanak, hol az egész figyelmet untalan faggatja a' „mit eszünk ma; mivel takaródzunk; mint védelmezzük magunkat; mint háritjuk-el a' nem érdemlett megvettetést? s. t. e, ott nemcsak a' vállatatra's véghezvitelre megkívántató lélekerő enyészik el, hanem a' kirugástól, rablástól sőt pártütéstől is vagy igen jó, vagy csak elnyomott lélek tarthatja-viszsa a' kénytelenent. — Mind-ezek' eltávoztatására a' házi gazdálkodás' naponkénti javításán, 's természeti jogok' engedésén kívül, senkire több teher ne rovassek, mint men-

nyit elviselni képes; a' közterhek mindenek közt aránylag osztassanak-fel, több váll könnyebben viselendiazoikat; így lehet csak hasznos intézetekre is évenként valamit fordítani, mi különben csak a' nemzetet olly igen alacsonyító kéregetésből történhetik - meg. — Engedjünk a' kor' erejének jókor, nehogy később engedni kénytelenítessünk 's ez által tettünk minden szépségét 's nemességét elveszítse, melly kénytelenség ezenfölül ritkán is szokott szép móddal megtörténni.

A' Religiót tehát maga tisztaságában 's díszében fentartani, tanító intézetek, főkép a' népieket, javítani; lelencz-, dolog- 's műházakat állítani; egyszerű de elég törvényeket szabni 's azokat megtartani 's tartatni; játékszínekre 's előljárók' tetteire vigyázni; 's a' nép' szegénységén mennyire lehet, segíteni kell, ha nemcsak észben, hanem boldoglétben is haladó polgárokat látni, ha magunk is boldogulni akarunk. — Mind ezt pedig eszközölheti, akarja is, fogja is eszközölni a' törvényhozó hatalom; továbbá a' földesurak és megyék, kik mind ezt sok-oldalu javak' forrásának ismerik. — Mit tehetnek, sőt tartoznak is tenni a' szülék, hogy gyermekeik ollyanok legyenek, minőknek lenniök kell, lásuk majd a' Folytatásban. T.

Solutio Logogryphorum in Nris 12 et 13:

Caper. — Leonardus. — Pannus.

Commercii in America bor. discrimen.

Ephemerides Neoeboracenses usque 25. Aprilis continuationem tristium ibidem relationum commercialium communicant. Panicus terror semet diffuderat, dum navis tabellaria die 23. e. illuc adpellens nullas certas expetitae ab argentaria anglica opis sponiones inde adtulit. Novissima tamen tabellaria, quae 24-ta Martii Liverpoolio vela dederat, et 25. Aprilis Neoeboracum adpulit, laetiora adferebat nuncia. Dum haec itaque dimissa sunt, faventior negotiorum status sperabatur. — Paginae publicae conquerruntur de scribendi ratione quarundam ephemeridum regiminis, quae gaudium suum de tantis cridarum eventibus contestatae sunt. Quaedam paginae Neo-Eboracenses crebras has fortunarum ruinas cum frequentibus tempore pestis mortalitatis casibus comparant. „Elenchus mortuorum, ajunt dictae paginae, numerum hostiarum, quae ceciderant, nobis indicant; ast dum is summum attingit gradum, animus stupore obtunditur, neque deinceps de mortuis cogitamus. In mediis commercii nostri adversitatibus in longe tristiores statum collocati sumus. Quotidie alii atque alii solvendo se impares declarant. Antiquae domus mercatoriae concidunt; plurimorum annorum lucrum evanescit; juvenes vitam activam spe laetissima exorsi, hac se frustratos vident. Ad singularem descri-

ptionem nos immittere non audemus.“ Eaedem paginae hodierni Praesidentis consilia acerrime impugnant; ipsaque tributa deneganda svadent, quoadusque fides publica renata non fuerit. Neo-Eboraci invitatoriae literae ad quosvis mercatores circumlatae, ut convenire et consilia in medium conferre velint, quibus aerariali huic adversitati occurrì possit. Paginae hae, dum intensissima studia communia excitare adlaborant, haec advertunt: „Respublica nunquam adhuc tantum discrimen sustinendum habuit, quantum hodie; nulla datur in historia nostra periodus, in qua universale adeo infortunium quamvis regni nostri partem oppressisset, nunquam hucusque ampla adeo fortunarum ruina magnae, felici, tantorumque ausum Nationi perniciem tantam intentabat. Supervacaneum est de causis calamitatum disserere. Quivis in populo eas noscit, atque sentit: e foeda scilicet illa cruciata expeditione promanarunt, quam regimen contra aes paratum susceperat. Cum inimicitiis, quibus Generalis Jakson mentem argentariam foederatorum Statuum impetebat, infelicitas nostra exordium sumpsit, — ubi finem habitura sit, nemo novit! —

Neo-Aureliano de 16. Aprilis haec scribuntur: „Negari amplius nequit, omnem mercatorum coetum in plena fortunarum jactura versari, neque solvendo esse. Inde a crida mercatoris Hermann 10 — 12 domus

mercatoriae primae classis, fortunis lapsae, et 40—50 mercatoria instituta secundi ordinis solvere desiere. Passiva eorum debita miliones et iterum miliones efficiunt. Pars quarta e numero Directorum mensae nostrae argentariae solvendo non est, ac solvere revera desiit; adhuc 4—5 tantum commissionales domus, velut columnae florentis olim commercii orbis universi in hujate emporio, aequae jam periclitantes, supersunt. Consultationes secretae Directorum mensae argentariae nihil prosunt. Optimae ac certissimae fidei campsoriales 4—5 a centum jactura ad unum mensem in aes convertuntur, ubi praeterea aliud etiam pignus, seu hypotheca dari debet. Ultra 100 millionum dollar campsoriales hic cum protestatione recusatae sunt. Nudius tertius domus mercatoris St. John cum 3 1/2 milione dollar passivo aere cridam fecit, heri etiam novae cridae audita. Nihil in hac adumbratione exaggerati, hic enim nihil nisi incertitudo et desperatio viget. Nuncia e Luisiana superiore et Mississippi aequae adeo tristia sunt. commercium et agricultura ibidem in aerariali anarchia jacent; terror panicus et anxietas inter omnes incolarum classes praevaluit.“

v. * e B. et W.

Deplorandus Portugalliae Status.

Ad ea, quae paginis 209—215 Alvearis continentur, juvat e sessione Comitiorum Ulyssiponensium 19-nae Maji aliqua adhuc addere, quae statum regni modernum uberius illustrant.—Ablegatus D. Fejo regimen interpellandum svasit, ut super nece captivorum, per manipulum legionis venatorum illata, relatio praestetur. Idem narravit publice, quod officialis dicti manipuli, quem administrans Guardia magistratus expetierat, contra datum sibi mandatum apud districtualem jurisdictionem se nequidem insinuaverit, sed sine ambagibus in aliquot locis quorundam comprehensioni manum admoverit, qui tamquam praedones eidem insimulati sunt: hi baculorum ictibus ad nominandos socios quosdam adacti sunt. Cum tali elencho per loca circumitum et 8 in vincula coniecti, qui, postquam per Trapeoso tracti fuissent, prope hanc villam plumbo tracti sunt. Assignata ea per officialem causa: se illos ideo trajiciendos curasse, ne per alios libertati adserantur, vanam omnino excusationem praebet; in quodam loco mulier virum suum praedonis instar indicavit, qui etiam una cum caeteris trajectus est; ratione alterius cujusdam captivi, quoniam innocens esset, interpellationes factae sunt officiali; hunc tamen respondisse, quod nomen ejus in elencho contineatur, et sic idem etiam ne-

ci datus est. Officialis idem cujusdam ex his victimis filiam secum rapuit, et postquam aliquot diebus in suo hospitio detinuisset, alteri cuiusdam officiali eam cessit, qui illi gratulatum venerat pro felici rerum eventu, quive antea pari ratione suos captivos mactaverat; quid deinceps illa puella factum sit, ignoratur. Praeterea officialis ille e domibus captivorum suorum res majoris pretii secum accepit, quin jurisdictioni quidquam inde indicasset. — Minister internorum negotiorum in excusationem nihil aliud adferre novit, quam quod regimen viribus physicis destituatur, ipsaque adeo illas augendi media sibi desint, in primis quum major exercitus pars in Hispaniam educta sit; ex hac causa neque magistratibus de conservando ordine publico onus responsionis injungi posse. Sermonem eo clausit, quod malum hoc in praevalente universim tristi rerum in hoc regno statu fundetur. — D. J. Victorino epilogum ad haec dixit de substrata incolarum „Serra da Estrella“ repraesentatione, in qua, postquam iidem horrendas apud se patratas crudelitates adumbrassent, pro ope et misericordia supplicant. „Infelix populus!“ exclamat orator, „ad quem pro ope temet convertis? a quo misericordiam flagitas? Quisque tibi opem ferre cupit, atqui deplorandus rerum status interea perdurat, et quaeenam causa malorum?“ („Leges!“ inclamant plures voces). D. C. Cabral ait: non leges,

sed ii, qui eas in effectum deducunt. Ministrum quidem dixisse, quamprimum crimen aliquod commissum fuerit, latam de eo sententiam extemplo executioni mancipatum iri; unde tamen fit, quod omnes carceres repleti sint? Ministrum etiam declarasse, carnificem jam praesto esse, cujus defectu antea semet excusabat. Se nullum aliud remedium restituendi publici ordinis videre, quam poenam supplicii seu capitis non modo dictare, sed etiam revera infligere (Hic internorum negotiorum Minister eum interrupit, inquiens: pecuniam deesse.) Orator vero reposuit; se haud perspicere, ad quid argento opus sit, ut quis patibulo suspendatur. Minister justitiae adfirmabat: malum neque a legibus, neque a custodibus earum, sed ab infelici regni statu derivari, in quo illud jam ante revolutionem Septembris constitutum fuerit. Ante aliquot dies jam 62 rei in Africam deportati, et proxime alter illuc ductus sequetur, supplicia etiam proxime ad usum ponentur.

v. * e B.

Venia universalis per Regem Galiae politicis delictis concessa quomodo intelligenda.

E circularibus Ministri Justitiae, Domini Barthe, ad omnes Generales Procuratores nuper dimissis haec notari merentur: „Re-

gimen in Amnistia actum fiducia et roboris locatum animadvertit. Omnes regiminis negotiorum procuratores eodem illo spiritu pervasos esse oportet, qui magnanimum hoc consilium indiderat. Eorum est persuasum tenere, quod societas civilis sub ea duntaxat conditione gratulari sibi possit de indulgentia ad praeterita extensa, si in illa vadimonia vigilantiae et firmitatis pro futuris temporibus conspexerit. — Pericula tumultuum, qui proxime praeterlapsis annis tranquillitatem frequenter adeo conturbarunt, leges in vitam vocarunt, quarum custodia vobis credita est, quarumque tutelam postulandi regnum jure tum semper gaudet, dum perniciosi affectus earum interventionem necessariam reddunt. — Regis persona, et regni constitutio extra tela cujuscunque impetus collocatae esse debent. Si tamen eas periclitari contingeret, poena extemplo subsequatur est necesse. Si judicium regni a juratorum collegiis expetitur fuerit, cogitandum vobis est, Juratos Judices velut firmissima amoris, quo regnum in regem et institutiones fertur, organa, comprobaturus: regiam magnanimitatem publicae fiduciae haud plus justo detulisse. — Illegales associationes nefarium turbarum focum constituunt, in quibus perniciosissima consilia procuduntur; in earum sinu plurimi illorum, quibus clementia regia nunc prorsus veniam impertita est, seditiosas lubidines hausere, quae eos in sce-

us impulerant. Assiduam curam eo convertendam habebis, ne ejusmodi associationes uspiam enascantur. Vigilantia, quae malum praecavet, constans animi fortitudo, quae scelus in ortu comprimit et suffocat, inter prima et maxima beneficia censenda, quae civitas a suo regimine exspectat. Procuremus nostro amorem, dum eidem reverentiam asserimus!“

Paginae „Charte“ actum clementiae laudant, addunt tamen haec pro conclusione: „Regimen perbene novit sibi per salutem societatis civ. hodie multo severiorem obligationem quam unquam imponi. Venia universalis improvidus et temerarius actus foret, si per eum potestas administrativa seduci semet pateretur ad efficaciam legum infirmandam. Quo nobiliorem praesefert magnanimitatem, tanto majus obsequium et reverentiam erga stabilitum ordinem exigere debet. Illo prorsus tempore, dum revolutio Julii triumphum suum per clementiam manifestat, acrius quam unquam pravos coerceat oportet lubricos, si quae luctas, quas sustinendas habuimus, resumendi consilium proderent. Amnistia necessario vigilantiam et solertiam in omnibus duplicandi obligationem injungit.

Neglectus cultus divinus in Portugallia.

Paginae portugallicae „Correio“ narrant: per Vicarium Episcopatus Coimbrae libellum supplicem porrectum esse, in quo is indicat cultum divinum in cathedrali ejate pene extinctum esse, quod magnam in populo acerbitem excitat. Orat una Ministrum justitiae et ecclesiasticorum negotiorum, ut hos et hos (meros Miguelistas) sacerdotes adhibere ad peragendum cultum liceat, quod Minister, ut ecclesiae hunc favorem exhibeat, etiam admisit. — Narrant praeterea dictae paginae, quod cultus divinus fere jam e toto regno prorsus exulet, ipsaque cathedralis ecclesia Ulyssipone saepe clausa sit, quia Canonici inde ab uno, beneficiati autem a 15 mensibus nullam acceperunt solutionem ita, ut servitia praestare non possint, et alia ratione vitae media quaerere cogantur. Et ni institutionibus vitam sustentarent, fame eis pereundum esset. Quum haec Ulyssipone eveniant, facile est cogitatu, quemadmodum in provinciis negotia decurrant. Caeterum mirum hoc videri nequit, postquam D. Lionel publice in comitiis illam protulisset blasphemiam: nihil Deo cultus sui curam esse etc. Ex his paucis, quae tamen certissima sunt, facile intelligi potest, in quo nam loco res ecclesiae et cultus divini ratio in hoc regno constituta habeatur.

Ferrei viarum ductus in America boreali.

Problema viarum ferro stratorum in America boreali immensa proportionem conceptum et feliciter solutum est. America bor. intra paucos annos ope ductuum ferreorum in omnibus artibus et civilisatione majorem fecit progressum, quam absque hoc vecte integro seculo facere potuisset. Celeberrimas Europae vias stratae in finibus Unionis viae adaequant imo antecellunt. Canales et ferrei viarum ductus Philadelphia per montes Alleghani Pittsburgum spatio 392 mill. angl. continui exstant. Haec tamen opera respectu illius, quod nunc in consilio est, exigua esse videntur. Ductus viae ferreus exstruetur Charlestone in Carolina australi, Cincinnati usque ad fl. Ohio; 715 mill. longus juga montium Smoty, Greenriver, Blue-bridge et Cumberland, transsecabit, lateralis ejusdem ramus 79 mill. longus Louispolim exeurret. Actiae pro hoc opere jam omnes subscriptione direptae. Regimen Carolinae australis societati in hunc scopum conflatae insignia privilegia concessit. — Celeritatem, qua nunc in Unione itinera conficiuntur scire placet? — Bostone Washingtonem (per Neoeboracum, Philadelphiam, et Baltimoram) iter 470 mill. angl. (250 horarum) celerius absolvitur, quam iter Parisios inter et Frankofurtum. Siquis Bostone mane moveat, alterius diei vespera Washingtonem ad-

pellit. Iter omne vaporaria navi et super ductibus ferreis conficitur exiguis sumtibus. Ante annos 20 majores pro itinere hoc Bostonem Washingtonem adparatus fieri consueverant, quam pro trajectu in Europam; et 14 dies requirebantur. Validissimis vaporum viribus primitivae quaquaversum succumbunt silvae; remotissimae ac antea impenetrabiles plagae ductibus ferreis transeantur, et magica quasi arte amoenissimae villae, fertilissimis agris circumsitae utrinque exsurgunt. Impedimenta itinerantium et in genere totum onus evap. navibus ad vap. currus tam expedite transponuntur, ut equi in Europa per stationes (postales) mutari solent. Omnia quippe impedimenta et onera per decursum in canalibus ad magna receptacula ingeruntur, quae, ut primum vaporaria ad stationem ductus ferrei appulit, trochlea levantur et ad currum vaporarium transponuntur; hac ratione centeni centenarii infra pauca minuta exonerari et transferi possunt. Nulli subjacet dubio, quod brevi omne Unionis territorium inde a magnis lacubus usque inferiorem Mississippi fluvium, et inde a Maina ad fluvium Rubrum ex una, tum a mari Atlantico Illinois usque ex altera parte simili ratione peragrari poterit. — Caeterum id triste omnino manebit, quod triumphus hic civilisationis extirpatione duntaxat aboriginum Americae bor. obtineri possit. Indi Floridæ albis invasoribus bello succum-

bunt. Die 2. Febr. inter generalem Jessup et ductorem barbarorum cui terribile nomen „Alligator“ est, conflictus obtinuit. Indicere coacti, multi periere; 500 in captivitatem inciderunt; ipse „Alligator“ dedere semet debuit, spondens alterum ductorem, Oseola, spem ultimam Floridae, vivum aut mortuum a se traditum iri.

v. * D. W.

*Templum Saint - Germain l'Auxerrois cultui
divino rursum apertum est.*

Templum Saint - Germain - l'Auxerrois, quae a devastatione ejusdem mense Februar. 1831 clausum fuit, decreto regio, occasione universalis amnistiae edito, cultui divino iterum apertum est, ad propositionem Justitiae et Cultus Ministri Dni Barthe, quae per regiam resolutionem rata habita est. Propositio illa in hunc modum fuit adornata: „Serenissime Domine! regia magnanimitas ultima discordiarum civilium vestigia delere constituit. E solio, quod ante septem annos ad conservandas institutiones nostras, et propugnandas leges erectum est, Majestas vestra insigni clementiae actu cunctis Gallis signum oblivionis et veniae dedit; ast clausae Templi Saint-Germain l'Auxerrois portae in mentem adhuc revocant praeteritorum memoriam, quam obliterare Majestas Vestra decreverat; tractus unus urbis pari-

siensis parochiali sua ecclesia diutius orbatam manere non potest. — Habeo honorem Majestati Vestrae ad decernendum svadendi, ut templum Saint-Germain l'Auxerrois cultui divino illico aperiatur. — Sum cum ima veneratione, Serenissime Domine, Majestatis Vestrae humillimus et fidelissimus subditus, Barthe.“ — Ratum habitum Parisiis 12. Maji 1837. Lodovicus Philippus.“ — Paginae „Moniteur“ ejusdem diei una indicant, Dnum Magnin, hucusque parochum in Saint-Germain l'Auxerrois (sub cujus administratione devastationis scenae 1831. evenerant) apud Archi-Eppum Parisiensem munus abdicasse. — Eaedem paginae de 14-a Maji communicant decretum regium de die praecedente, vi cujus D. Demerson, parochus hucdum in Saint-Severin, parochus in S. Germain l'Auxerrois denominatur.“

Justae itaque hae utrinque erant concessioniones; Clero nempe catholico et Archi-Episcopo, quoniam quartus hic urbis tractus tanto tempore cultu divino destituebatur; dum contra Archi-Episcopus priorem parochum inde amoveret. Frequentes jam reipsa operae ad rationes aerarii civitatis in restauranda ecclesia devastata collaborant, ut ea, quo fieri potest celerrime, usui apta efficiatur. Ecclesia haec diruenda erat, ut spatium obtineatur pro platea nova „Philippi“, quae inde a columnis palatii Louvre, usque ad curiam civicam ducitur: in projecto

itaque illo nunc hiatus locum habebit; ast conservatio monumenti veteris gothicae originis, quod seculo septimo suscitatum est, artis amatoribus maximi profecto pretii est.

v. * e B. et W.

Monita eventuum.

Die 5. Maji 1821 obiit Napoleon Longvoodii in insula S. Helenae e gangrena stomachi, ubi idem Status captivus Europae non integros sex annos vehementibus ac truculentis animi affectibus exagitatus vixit, obstinataque et morosa indole sibi suisque comitibus — paucis illis ad mortem usque fidelibus amicis — quaevis vitae solatia, quae cum necessaria custodia componi potuissent, praepedivit. Postquam anima speciem hanc titanicum reliquisset, Europa laecessita eidem reconciliata fuit. Decem post annos unus eum filius in tumulum sequebatur, et sic genus potentissimi, coram quo orbis terraqueus contremuit, veluti somnium evanuit, — ast cunctis, qui post illum venturi sunt, magnis ac minimis in perpetua tempora salutarem reliquit doctrinam.

v. * e Z.

Urbis vetustae in America rudera detecta.

Paginae americanae narrant in Statu Michigan Unionis Americae bor. memoria dignissimam detectionem factam vetustissimae obrutae urbis, majori parte e coctis lateribus structae. Paginae Chicago, quae in Michigan eduntur, descriptionem urbis obrutae cum delineatione ejusdem per aestimatissimum Geometram Hyer paratam vulgant. Indi urbem illam, ut fertur, Aztalan vocarunt, (quod nomen mexicanam originem prodit.)

v. * e W. D.

Literatura Patria.

In regiae scientiarum Universitatis typographia hoc prorsus tempore prelum deseruit: „Codex Diplomaticus Hungariae, Ecclesiasticus et civilis. Studio et opera Georgii Fejér, Bibliothecarii Regii. Tomi VII. Volumen IV. Supplementare. Accesserunt dissertationes de rebus Hungariae veteris. Budae typ. R. Scient. Univ. Ung. 1837. (in 8. maj. 290 l.) Pars haec universi magni voluminis operis, ingentibus studiis atque sumtibus procusi, continet 261. Diplomata ex annis 503 usque 1301. cum appendice complurium documentorum. Conclusionem constituit elenchus argumentorum vol. III. Tomi VII.

Praeconisationes.

Sua Sanctitas Pontifex Gregorius XVI. die 20. Maj. in palatio vaticano secretum consistorium celebravit, in quo inter ceteros hi Archi- et Episcopi praeconisati sunt: L. B. Maxim. Somerau-Becky velut A. Episcopus Olomucensis; L. B. Lad. Barkóczy Can. Agriensis velut Episcopus Alba-Regalensis; RR. D. Jos. Schrott Custos V. Capituli Zagradiensis velut Episcopus Belgradiensis et Semendriensis, et RR. D. Joa. Geissel velut Episcopus Spyrensis. — In eodem Consistorio etiam D. Lud. Amat di S. Filippo e Sorso, Archi-Episcopus Nicaeensis, natus Cagliari (Cagliari) 21. Junii 1796, Cardinalis creatus est.

Collatio episcopatus Zagradiensis.

Caeo-regia Majestas altissima resolutione sua de 8-a Maji Georgium Haulik el. Eppum Pristinensem, Auranae Priorem, Praepositum M. Zagradiensem Consil. et Referendarium aul. ad Exc. Cancel. R. H. A. — Episcopum Zagradiensem benignissime denominare; et hac ratione vacans munus Consiliarii aulici ad Excelsam Cancellariam R. H. Aul. Referendarii ecclesiastici Praeposito Majori Vacienti, hucdum ad Consilium R. L. H. Consiliario, Joanni Sztankovich, benignissime conferre dignata est.

*Amicus fidissimus.**(Parabola orientalis.)*

In oriente vixit vir quidam, nomine Assad, potens divitiis, magnisque apud dominum suum gratus, qui eum amplissimis possessionibus praefecerat. Nihil eidem ad felicitatem defuisse videbatur, raris quoque illis beatorum deliciis, — quas animorum suavissima vincula constituunt, quibus homo homini intimius adstringitur, — Assad perfruebatur: tres quippe amici, Mustafa, Al-Raschid, et Benhafi amore ejusdem gavisunt, quamquam haud pari quisque ratione. Assad Mustafam tenerrima necessitudine diligebat, cujus scilicet ipsa jam blanda exterior species cunctorum animis expugnandis mirifice apta fuit; nunquam fere ab illo divelli, et in ejus duntaxat consortio vitae jucunditatibus indulgere novit. Alterum, Al-Raschid, non tam ardentibus prosequabatur studiis. Ultimum denique benevolentiae locum Benhafi occupavit, cui, illecebrarum gratia caeteris licet inferiori, propter eximias dotes internas aestimationem propensumque animum denegare non potuit: ast illis tantum horis, quas solers amborum priorum amicorum assiduitas reliquas fecerat, propiore eum familiaritate Assad dignatus est; quem tamen certitudo illa: non usque quaque excidissem memoria, neque omni prorsus privari amore, consolabatur. —

Assad in hac svavi amicorum corona felicitate diuturna fruebatur; dum tandem eum e vitae beatae temulentia praeter expectationem regis imperium excutit, quo coram throno comparere jubetur, de concreditis sibi divitiis rationes reddendi causa. Haud secus ac is, qui repentinae tempestatis fulminisque irruentis fragore e dulci somnio exturbatur, Assad diu obstupescit et immotus coram infausto nuncio stabat, qui inopinatum Domini mandatum adjulit, ursitque, ne in obsequendo moras necteret. Resumto parumper animo, gravitatem praecepti magis adhuc sentire caepit. Quippe non paucorum errorum conscientia angebatur; vitae, curis vacuae, adsuetus, nunc coram Domino, cujus justitiam atque severitatem exploratam habuit, imparatus, quemadmodum semet sistere, et villicationis rationes reddere valeat, non videbat. — Id vero sollicitudinem plurimum adauxit, quod strenua ac fortis animi ad purgandum eloquentia se destitui conscius sibi fuerit. Has inter curas anxias amicorum memoria mentem subiit. Ante omnia ad Mustasam, cui plurima amicitiae documenta dederat, plena cum fiducia semet convertit, verum spe acerbum in modum delusus est: „Stulte“ — inquit enim ille — „quomodo potes opem meam expectare ibi, ubi tueri te neutiquam valeo; proficiscere solus in pace, viderisque, qua ratione tu te met defendere possis.“ — Foedo hoc ingra-

ti animi ludibrio consternatus alterum ex amicis, Al-Raschid, accessit, de sorte afflictus, questurus. Hic cum intimo animi motu reponit: „Calamitati tuae, charissime Assad, plurimum ingemisco, nec quidquam magis in votis habeo, quam ut efficacissime desiderio tuo satisfacere possim, sed invincibiles me cohibent obices.“ — Hac benevolentiae contestatione aliquantulum saltem recreatus, postremum suum amicum Benhafi adiit, cunctando quidem, ab illo scilicet minimum sperans, quem parce duntaxat ad amicitiam admiserit. Verum enim vero quanta admiratione abripitur, dum Benhafi, vix intellecto amici casu, in ejusdem amplexus ruit, hocque alloquio eundem consolatur: „Mitte timorem, macte animi estote, ad gradus usque solii te comitaturus ac pro te intercessurus sum.“ — Benhafi revera promissis stetit.

Assad hominis sistit imaginem, qui vita durante inter tres potissimum amicos: Bona temporalia, Propingvos, atque Virtutem non aequa semper ratione amorem partitur. Fortunis hujus mundi quandoque nimium deditus, sublimiorem suum scopum ex oculis dimittit; dum tandem mors improvidum ad reddendas coram summi Numinis tribunal actionum rationes repente evocat. Frustra tum caducos thesauros, quorum vana specie seduci se passus est, amplexatur; hi ad iter illud

mysteriosum eum haud comitantur; imo ipsa quoque „Suorum“ amica studia amorque tantum ad obscura usque sepulchri atria eundem sequuntur. Ast Virtus, in hac vita saepe parum aestimata, ac neglecta, sola fidelis perseverat, et mortales ad thronum usque Altissimi concomitatur, veniam et gratiam impetratura.

v. * e Z.

Errores Hermesiani in doctrina fidei.

In paginis Hannoveranis de famosis Hermesianis controversiis inter caetera haec leguntur: „Per assumptum in hannoveranas ephemerides 20-ma Aprilis 1837. articulum, Moguntia 12. Aprilis a. l. submissum, agendi ratio summi Ecclesiae Catholicae Capitis quoad Hermesianos fidei errores, non secus et decreta per Archi-Episcopum Coloniensem L.B. Clementem Droste-Vischering quatuor Presbyterorum suorum, catholico-theologicae facultatis Bonnensis commembrorum a docendi munere suspensio vellicabatur. — Quam parum fundata sit criminatio haec, simplex rei ex actis deducta narratio patefaciet, ex qua simul duae aliae, Berolino scriptae, et in iisdem hannoveranis paginis vulgatae, de hoc argumento literae corrigi possunt. — Ante complures annos Professor quondam Theologiae Monasterii, dein Bonnae, Presby-

ter Hermes, tam in libris suis scholasticis et aliis scriptis, quam etiam viva voce inter explicandum plures temerarias de usu rationis in docendis catholicae religionis et fidei veritatibus sententias praestituit, de quibus dein inter diversos professores theologicos et parochos provinciae Rhenanae, inferioris Westphaliae etc. variae dissensiones exortae, et in diversis periodicis scriptis theologicis continuatae, nihil nisi exacerbationes animorum produxere, et sic sensim bonae causae religionis, quae amorem et mansuetudinem docet, noxiae futurae erant. — Tandem factionum theologicarum nomina enata sunt: quarum una, quae systema et principia professoris Hermes secuta, Hermesiana; alia vero Antihermesiana vocata est, cujus asseclae in scriptis professoris Hermes haeresim et pravas doctrinas arguebant. Hodiernus Pontifex R. Gregorius XVI., cui soli in rebus fidei catholicae per omnia regna iudicium competit, ad preces utriusque partis opera germanica dicti Presbyteri ac Professoris in latinum vertenda curavit, et eadem congregationi Cardinalium et plurium celeberrimorum etiam germanicorum theologorum examinanda proposuit, qui omnes unanimiter post multiplices maturas deliberationes R. Pontifici svaserant, ut complures, singulatim provocatas, assertiones Dni Hermes, tamquam erroneas et haereticas, condemnare, et usum scriptorum ejusdem praecipue in praelectionibus Monasterii, Bre-

tislaaviae, Bonnae et in cunctis seminariis episcopalibus interdicere velit. — Mense tandem Junio aut Julio propositionibus his convenienter decretum Pontificis (Breve) editum est, in quo Arhi-Episcopo Coloniensi (a quo caeteroquin facultas theologia Bonnensis, a Sede romana confirmata, in puris fidei et religionis negotiis dependet) commissum est, ut illud in effectum deducat. — Interim casu evenit, ut Breve hoc primum anno 1835 mense Augusto post mortem A. Eppi Comitum Ferd. Aug. Spiegel († 2-a Aug. 1835) ad manus Capituli Coloniensis deveniret, cujus Vicarius Capitularis, et Archi-Episcopatus Coloniensis Administrator, Archi-Diaconus D. Hüsgen, memoratum Breve publicavit, et theologiae facultati catholicae Bonnensi ad accurate observandum submit, uti revera mox praelectiones secundum libros Domini Hermes intermissae, et a Professoribus, qui principiis hermesianis addicti eousque fuerant, sponsiones factae sunt de observandis ad amussim praescriptis et decisione summi ecclesiae romanae Capituli. — Postea tamen sponsionibus his plene satisfactum haud fuisse videtur, et sic novus Archiepiscopus, L. B. Droste, et jure pollens, et obligatione compulsus contra renitentes ecclesiasticam censuram adhibuit.“

*Archi - Episcopi Coloniensis ordinationes
publicis paginis perperam adumbratae.*

Articulus quidam Paginarum hannoveranarum, qui a pluribus dein aliis receptus est, quive certa, per Archiepiscopum Coloniensem arrepta, media false exponit et odiosa reddere, una vero bonum Regiminis cum Archi-Eppo consensum suspicionibus exponere conatur, cum indignatione legebatur. Veritatis itaque studio animadvertendum est, ab Archi-Eppo integram Universitatis Bonnensis Facultatem sublatam vel exauctoratam haud quaquam fuisse, ast aliquibus duntaxat Theologiae Professoribus catholicis, qui certae, a Sancta Sede damnatae doctrinae, notorie addicti fuere, necessaria ad annunciatas theologicas praelectiones habendas adprobatio vi muneris denegata est. Tanto minus periodicae quaedam theologicae paginae, per Regimen admissae ac probatae, per Archi-Episcopum solenniter fuere interdictae. Cujus asserti falsitas eo evidentior est, quoniam Paginae illae, jam per plures annos edi solitae, nulla Archi-Episcopi adprobatione aut censura egruerunt, et hodie quoque, ut antea, eduntur, licet non Coloniae, sed Confluentiae. Dictus itaque Articulus manifeste ad illa modernarum paginarum figmenta refertur, quae credulitate incautorum lectorum cum ludibrio abuti amant, praecipue si cum contumelia Ecclesiae aut Religionis, vel fidelium ejus mini-

strorum fieri liceat; postquam scilicet in publicis Civitatum rebus simili ludificationi locus impune amplius haud detur. v. * e B.

Solennis ingressus Nuncii Apostolici Viennae.

Die Mercurii, 31. Maji sub meridiem Nuncius Apostolicus ad Aulam Caero-Regiam, Princeps Altieri, solennem in metropolem ingressum celebravit. — Per Sup. C. R. Aulæ Mareschallum, Com. Goësz, e palatio Principis a Schwarzenberg e suburbio Rennweg dicto solenniter et pompa consveta, in comitiva magnificarum sexigarum, quas eo scopo exteri Legati et illustrior nobilitas submiserant, per complures praecipuas urbis plateas ad aedificium Nunciaturae pontificiae deductus est. Die 1. Junii meridie Nuncius idem Apostol. per nominatum audientiae Commissarium Camerarium Caero-Regium, Principem a Paar ad publicum apud Majestatem Imperatorem ac Regem auspicalem accessum solenni ductu ad arcem regiam deductus, et ibi a Caero-Regiis Supremis Aulæ Officialibus exceptus et in oecum caerimoniarum pro accessu introductus, postea vero inde ad locum, ubi exceptus fuerat, reductus est. Deinceps immediate dignabantur Maj. Imperatrix, tum Maj. Imperatrix Mater, postea Ser. C. R. A. Dux Franciscus-Carolus cum Ser. Conjuge, denique Ser. C. R. A. Dux Ludovicus Nuncio Apost. in suis residentiis usu receptis solennitatibus copiam sui facere. v. * e W.

A' Keresztény-vallás eránti szabadelmű közömbösségről néhány észrevétel a' jelen korból.

A' Vallás eránti közömbösség (indifferentismus) okvetetlenül igazság eránti közömbösséget szül, ki pedig az igazság eránt közömbös az veszélyes polgára az országnak, mert ő ellene a' felsőség legjobb akarattal sem védhetné a' fegyvertelent, mihelyest neki kilátás mosolyogna elejébe, a' büntető igazságnak vas vesszejét kikerülhetni. Ezen közömbösök is elesmerik 's valják, hogy a' népnek szüksége van egy vallásra, de akár minő legyen az, egyre megy, szabadon hagyják mindenkinek a' választást, mellyhez ki szabadabban elhatározza magát, azt hasonló tisztelettel, hasonló megvetéssel rajzolgatják. Sok atyát láthatni, kik a' vallás eránt olly közömbösök, hogy serdülő magzatjaiknak vallásos neveltetésével mit sem gondolnak: „majd ha kinyilnak szemei, így okoskodnak, esze kifejlődik, akkor maga fog ő képzeni magának egy vallást, melly nevekedő esmereteivel mind inkább tökéletesbülni fog“ — Voltak, 's vannak kormányok is, mellyek mint alattvalói, sőt azoknál jobban megvakitva a' korszellemnek csillogó fényétől, nagy tetszéssel villogatják népeik felett, ezen uj bölcsességnek fátyláját, mellynek fényénél ön jogaiknál kezdve az utolsó politikus fogatig, semmi sem látszik közömbös-

nek, semmi hamisnak, 's mellynek fényét a' keresztény vallás' szent küszöbén túl is kiterjeszteni mérézlik, megfélejtkézvén arról, hogy a' felsőbbség eránti engedelmesség leg-erősebb hatása, legsajátabb gyümölcse a' vallásnak, ha csak nem az erőszak' szüleménye. Lehetne e' itt valami nevetséges, ha ezen az úton a' nemzetek' sorsa veszélybe hozattatnék. Midőn Franciaország ezen az úton a' juliusi zendülés után a' kereszt. vallást 's ennek szolgait üldözni kezdé, akkor Lameth ur, egy elévült, zajban, féketlenségben és táborban nevelkedett tiszt, ki már a' kilenczvenes években nevezetes szerepet játszott, azt nyilatkoztatta a' követek' kamarájában: „A' nemzetnek nagyobb része a' katholika vallást követi. Nekünk küldötteknek, azoknak kívánságai szerint kell magunkat alkalmaztatni, kiknek képviselői vagyunk. A' vallás elszakaszthatlan a' moráltól; e' nélkül nincs valódi szabadság. Az úgy nevezett philosophok már azt akarták állítani, hogy a' morál minden vallásban egy, de én nem ezen nézettel vagyok. — A' kereszténység törtéte meg a' polgárisodás' pályáját és a' morált szilárdabb alapokra épité. Minden kormányfiak, kik ezen nevet megérdemlik, hajdantól fogva, akkor, mint most, a' vallásban keresték főtámaszokat, mivel általa legjobban kormányozhatni a' világot. Maga Napoleon is visszaiktatta a' vallást félreismeret jogaiba,

mivel átlátta, hogy a' népek' boldogságát leginkább előmozdítja.“

Vessünk egy figyelmes tekintetet a' társaságra, mert csak így lehetséges az uralkodó philosophi' rendszernek igaz becsét felfedezni, 's maga valóságában meghatározni. — A' vallás, mint hit, mindenütt vala, 's távolléte azonnal érezhetővé tette magát mindenkor. Létezett a' kormánynál, hogy a' nép érdekei felett örködjön virasztó szemeivel, 's azt a' hatalommali visszaélés 's zsarnokság ellen megóvjá; — létezett a' népnél, hogy a' kormány' folytonos fenállásán virasszon, 's azt a' sokaság', vagy anarchiának vad féktelenségei 's kitörései ellen védelmezze; innét származott, hogy a' kormány szelid 's erős, a' nép szabad 's alázatos vala; mint több keresztény nemzetek, így Francziaország is részesült a' ker. vallásnak ezen boldogító áldásiban. De alig kezdték a' francziák, némelly boldogtalan írók' irományai által elkábitva, a' vallásnak tartozott tiszteletet magtagadni, alig szűnt meg nálok a' vallás isteni hit lenni; már is a' kormány 's a' nép, némelly ellenséges szellemtől megihletve háborúi lábra állott egymás ellen, mert a' hatalom ellensúly nélkül zsarnoksághoz, az engedelmesség bátorság (securitas) nélkül zendüléshez vezet 's kényszerítetett egymástól visszonyos kezeséget kérni, 's bátorságot szinlett alkudozásban keresni, ha mindjárt azok' megszegőinek a' pártokon kívül más birái nincsenek. Ez

oka annak, hogy újabb időkben ama számos, már fél monarchiai, már fél republicanus alkotmányokat életbe hívta ezen vallás eránti közömbösség, mint annyi valóságos ideigleni szerződéseket a' zsarnokság 's az anarchia között. Virágzani kezdett már Franciaország a' boldogító békének ölében, 's már felejtni azon isszonyu sebeket, mellyeket a' hosszas pusztítóharcz rajta ejtett, 's a' megvetett vallásnak átka szűnni látszott, mert a' sanyaruságban okosult nép buzgóbban kezdett ragaszkodni ismét a' valláshoz. —

De alig kezdtek az elavúlt elvek ismét uralkodni, nyugtalan szelemektől elszórt irományok a' nép közt terjengeni 's a' serdülő vallásos érzetet a' nép kebléből kiűrtani, a' vallás eránti közömbösséget életbe hívni, már is új veszély fenyegeté a' még fel nem épült országot, melly gyászosan ki is tört a' juliusi napokban, 's csak a' szerencsésebb körülményeknek köszönhetni, hogy borzasztóbbak nem lettek annak pusztításai. Constitu-tiót, a' századhoz szabottat, adott magának, 's még az sem vala képes boldogítani azt, valamint két éjszaki szomszédjait sem, bizonyítják azt az állandó, valóban elszomorító zavarok.

Jelenleg Franciaország annyiban boldogabb napokat kezd élni, a' mennyiben a' vallás eránti közömbösségből kivetkezve ismét az egyedül boldogító valláshoz buzgóbban ragaszkodni kezd, —

A' párisi hírlapok' egyik legjelesebbikében ezek olvashatók: „A' juliusi Revolutio' idejétől a' nyilvános vélemények egy részében nagy változás történt, mi azokat, kik Franciaországot, nem régóta szemlélgették, álmélkodásra ragadja. — Templomaink tömve vannak. a' jogtan, gyógyász 's politechnicum iskolák tanítványaival (kik ezelőtt nem régiben szégyennek sőt az ész elleni vétségnek tartották a' templomba ajtosság végett megjelenni); tömve vannak egykori Sz. Simonistákkal, sőt nagyobb számban azon republicanusokkal is, kik nem régen azelőtt csoportokba gyűlve egymást üldözték. A' mesteremberek naponként láthatók azokban, 's a' mi figyelem nélkül nem hagyható, a' magasabb 's hatalmasabb polgárok nagy része legfőképp' azok, kik a' doctrinaerekhez való közelítés által mint okos fejek magokat fontosokká tenni akarják, a' templomokban minden időben láthatók. —

Honnan a' dolgok' ezen fordulatja? annyi bizonyos, hogy a' lelkészek keveset járultak ahhoz, az ifjuságon egy bizonyos ösztön erőt vett. Járult ezen csudálatos változáshoz valamennyiben a' Sz. Simonistákba helyzett reménybeni csalatkozás is.

A' Gallikanismus egészen eltűnt már, Sz. Simonisták, Doctrinaerek 's legitimisták külön okokból 's célokból ugyan, de azon egy akarattal ostromolják azt, egyedül a' Constitutionell, azután a' híres Dupin 's Persil, an-

nak egyetlen támaszai és védői. Napoleon concordátját is hideg vérrel nézik már, 's így bebizonyodott, a' mi ezelőtt nagy sérfiaktól mondatott, 's mint egy megjövendőltetett: hogy olly Egyház, melly a' status' szolgálatjában áll, melly a' világi hatalomnak alá vetetik, status intézetként jelen szabad gondolkozásu 's vallásu korunkban semmi behatást nem tehet az ember kedvélyére, 's akaratjára; hanem hogy egy szabadon álló Egyház mint a' rom. Katholika tulajdon természete által (a' mi isteni eredetét bizonyítja), „egy erős állást kiküzdend magának.“ —

Sajnosan nézi minden figyelmes szemlélő, ki hazájának ügyét, 's boldogságát szívén hordja, mennyire elhatalmasodott közöttünk is a' vallás eránti közömbösség, legszembetűnőbben az ifjuság közt, ennek egyedül lehet tulajdonítani azon fellengző 's sületlen eszméket a' szabadságrúl a' felvilágosodásrúl, mellyek fejeikben forrnak, 's oktan könyelműséggel ki is törnek, ezen visketeg nyugtalanságok sok békes hazafiak' igaz elkeseredettségét 's haragját magára vonták. Bár más' kárán tanulnánk 's eltérjünk azon uttól, melly más erősebb nemzeteket leirhatlan inségbe döntött, boldog, ki megtörtt ösvényt járhat. Ha ezen elterjedt vallás eránti közömbösségnek okát keresném, bizonyára a' hitbeli hiányos nevelésben találnám, a' szülék' kötelessége magzatjaiknak gyenge sziveibe olly vallásos elveket ültetni, mellyek

már serdülő ifjúságokban csiráznak, a' hazát
's emberiséget gyönyörködtető 's örvendez-
tető gyümölcsöket hoznak.

Ha ezen legszentebb kötelességüket el-
mulasztják, méltók e' szánakodásra akkor,
hogyha szülői' szívük elkeseredik, elszomo-
rodik látván gyermekökben a' veszélyes fék-
telenséget példásan büntetettetni, vagy azt olly
életre vetemedni, melly egész családját 's
nemzetségét szégyennel szennyezi? — Ha vér-
ré nem változnak némi módon a' vallásos el-
vek, hogy egész életükben szabályul szolgál-
janak, akkor a' felszínleg 's csak félig med-
dig értett hittan, csak hamar elnyomatik a'
veszélyes példák, 's az, azon célra elhintett
írományok 's beszédek által, mert kisebb na-
gyobb társaságokban mindéglen találtatnak
olly különczök, kik az álbölcsekedés' né-
melly mesterfogásaival fitogtatják elméjüket,
's elég ügyesek a' magoknál gyengébbeket
sarkaikból kiemelni, már pedig tudjuk hogy:

— Kit álbölcsekedés
Hitben is megingatott,
Az vihartól hányatatott,
Tévelyeg vezértelen,
Ön magában sincs jelen

Neki tul siron 's időn
Nem csillámlik enyhe fény,
Ég, és üdv egy költemény,
'S minden szent a' föld felett.
Álom 's csába képzelet.

(Folytatása következik.)

Juratorum Collegia.

In quadam Juratorum Judicum consultatione sequens nuper evenit casus. Agebatur de furto in adgravantibus adjunctis patrato. Dum Jurati terminata deliberatione reversi sunt, primus arbiter sic est Praesidentem adlocutus: „Domine Praesidens! Vitra mea ocularia domi oblitus sum, sententiam itaque praelegere nequeo; ast tua cum venia tradam socio.“ Verum socius legendi ignarus fuit, non secus et tertius Juratorum. Edicto proinde tribunalis opus fuit, quo Juratorum quarto potestas praelegendi data est. Incusatus ad viginti annorum labores coactivos damnatus. v.* e W.

*E p i g r a m m a.**In austerum Vitricum.*

Vitrice! quando meam sacro tibi foedere matrem

Jugebas, mirus te mihi vinxit amor:

Jam mihi pro fracto dispensas verbera vitro?

Vere Vitrice! amor vitreus ille fuit.

L o g o g r y p h u s.

Igne cremat totum, cum format in arte Magister

E trunco Janum, Mercuriumque Deos.

Fronte carens nunquam non gratum est vere bubulco,

Pingvia quando avido pascua dente legit.

Ultima dat membrum, fractis aetate molestum.

Hoc, juvenes gaudent, si hispida barba tegat.

O D E

Excellentissimo, Illustrissimo,
ac Réverendissimo
Domino

FRANCISCO a PAULA

E COMITIBUS DE

N^o Á D A S D,

Perpetuo Terrae Fogarass, et Incl. Comitatus Comaromiensis Perpetuo Comiti, Episcopo Vaciensi, S. C. R. Ap. Majestatis Actuali Intimo Status Consiliario et ad Exc.

Tabulam R. Septemviralem Co-Judici,

a Studiosis Humanitatis anno secundo, dum Gymnasium Ketskéméthiense inviseret,
die 27. Maji 1837. oblata.

Salveto avito stemmate nate de
Nádasdiórum! quos tulit inclita

Virtus per omnes dignitatum

Conspicuos meritis honores.

Rex indiget seu rebus in arduis

Custode fido, pectore aeneo

Thomas minaci hosti, timoris

Nescius, intrepidus resistit.

Discrimen atrox seu Patriae imminet,
Succinctus armis advolat horrido

Cum Marte Franciscus, cruento
Sternat ut ense ferox catervas

Securus, aut si, quorum humeris suis
Curas molestas dividat Imperii,

Quaerat fidelem Rex Ministrum,
Consilio Michaël potens est.

Ovile Christi aut si viduum suo

Pastore votis supplicibus petat

Verbis, et exemplo potentem ex

Ordine Melchisedech virum, qui
Zelo repletus Relligionis ad

Portum gregem perducere creditum

Felicitatis moliatur;

Impiger, et meritis decorus
Tantum avorum dignus ades Nepos

Francisce Praesul; non propria minus,

Quam laude Majorum celebris,

Gemma nitens, rutilansque sidus
Tanta in corona morte carentium

Fama virorum! Te memori colet

Semper per aevum mente sera

Posteritas etiam; redemptum

In Patriae usum conspiciet Tuo

Ut aere Athenaeum, Alma Theresia

Quondam sacravit quod Minervae,

Mars voluitque suis alumniis,

Ast Coelitum sic arbitrium tulit,

Ut Tu ruinis eripias suis,

Pressis sinistra sorte asylum,

Perfugiumque pares egenis,

Et Patriae sic subvenias ope
 Dolenti acerbam hac parte vicem suam
 Ubique quaerenti levamen
 Vulneribus gravibus medendis.
 Experta cujus saepe alias quoque
 In rebus arctis auxilium fuit,
 Seu sublevando pauperes, seu
 Consilio, officioque prompto.
 Possis profunda quid sapientia,
 Testata abunde est lecta Patrum manus
 Comitiis nuper Posonii,
 Nectareus cito cui loquendi
 Oris disertis complacuit modus,
 Et mira agendi dexteritas gravi
 Cum comitate copulata
 Conciliandi animos potentum.
 O spes tuorum magna feliciū
 Supreme Pastor, Praesul amabilis!
 Dependet a cujus libenter
 Ore pio populus fidelis,
 Verbo salutis dum reficis gregem,
 Cujusque nos partem, exigua licet,
 Cura tamen Tua indigentem
 Efficimus; teneram juventam
 Digneris aspectu, alloquio et Tuo;
 Demissus alto ex culmine gloriae
 Ad pulveres densos scholarum:
 Quaesumus, erige fors labantes,
 Confirma alacres voce Tua in fide,
 Move remissos, ut pede praepete
 Curramus aeternae ad salutis
 Praemia certa bonis reposita.

*Canonica Visitatio Ketskemetini. *)*

Ketskemetino scribitur: Postquam Excel. D. Franc. de Paula Nádasdy a Nádasd Praesul Vacien. etc. etc. etc. in Németh et Örkény sacras functiones indefessus persolvisset, die 24. Maji sub occasum solis favente tempestate in comitatu 24 equis phaleratis insidentium ad pulsum omnium campanarum limites oppidi priv. salvus attigit, per oratores nob. D. Antonium Eörhalmy, et Joannem Decsi, Viros Magistrat. munere claros, salutatus, iter usque Schol. PP. Eccles. continuavit, ubi condescendens, a verbi Divini hic loci Curione A. R. D. Joanne Nep. Hoffmann plena cum pompa sacerdotali ad vexilla singulorum coetuum exceptus, et inter sinceras populi sine discrimine religionis, sexus et conditionis atque juventutis studiosae praesentis ad viae latera stantis adclamationes, magna spe, et omni amore aedem parochialem non solum sacri officii peragendi gratia, sed etiam amoris vinculo nobis conjunctus esse exoptans, adivit. Cujus adventus tanto majore nos adfecit gaudio, quanto majoribus praestolabamur votis, ut Pastorem vigilantis Aug. Throni delicias, Patrem Literarum et Mecenatem literat. in medio nostri vene-

*) Quamquam solennis hujus actus in Ephemeridibus et paginis aliis mentionem injecerimus, acceptam tamen hanc tardius uberiores e fonte ipso relationem ad Alveare recipiendam existimavimus.

rari, nostrumque gratum animum testari possimus, quae amplissima ejus dignitas, juxta ac ampla provincia, in Re cum sacra, tum profana merita maxima, merito et optimo jure a nobis exigunt. Hic per praefatum verbi divini Curionem pro innata sibi dulci copia fandi, eleganti stili lat. oratione, uti et ab aliis dignitate et caractere conspicuis viris salutatus fuit. Sua Excel. pro ingenua sibi melliflua eloquentia responsum vere paternum dedit: Non mihi sed vobis vivam, omnes quotquot habeo vires, fidelibus dilectis consecrabo, nil praeter regnum Dei, animarum salutem, et Cleri bonum desidero, ab hac hora prospera, et adversa vestra mea erunt, de bono fidelium promovendo nullum me magis sollicitum, atque paratum facile invenietis, modo Deus, in quo confido, mihi benedicat. Sequenti proinde die i. e. festo corporis Christi post operationem sacrorum, quibus Praesul adstantibus tam ex Clero secul. quam regul. operabatur, sacram processionem, praecedente ex reg. C. Nostitz militum legione et pleno musico choro, duxit, (quibus viritim pro praestito honore pondo carnis et mediam vini elargitus est) ubi ad primum altare perventum fuisset, D. Parochus verba sacra super ven. Sacramentum ea energia dicendi ad populum innumerabilem fecerat, supraquam cuique credibile est; solennitate peracta Exc. D. Praesul omnibus benedictionem im-

pertiendo, post tantillum temporis ad Curiam oppidi concessit, ubi in corona diversorum Statuum tempore prandii ut hodie, ita in aede paroch. altera, et tertia die inter festivas acclamationes et mortariorum explosiones paterae Domino Dominanti pro incolumitate Patris Patriae, Regis Aug., Reginae, Regni Palatini, et universae Aulæ R., Com. Franc. de Paula a Nádasd, et Excellen. D. Antist. nec non omnium in Re sacra, atque profana meritissimorum Virorum libatae fuisse. Ut vero populus cathol. quomodo obsequium debitum animi declararet, carmen hungaricum ad omnes alcaic. regul. eleganter exactum auctore R. D. Mich. Horváth AA. LL. et Phil. Dre, et hic loci Cooperatore ze-
 losis. typis expressum obtulit. Finito prandio, primam et praecipuam curam convertit Sua Excel. ad suo scelere tenebris et vinculis damnatos, quibus visis, paternam admonitionem et benedictionem impertivit ac largitiones fecit. Hinc processum fuit ad Collegium Helv. Confes., cujus alumni svavitate perorationum et modulorum Suae Excel. aures tenebant, dein visa Bibliotheca et Scholis sub Directione Claris. et Erud. D. Alexan. Szabó existentibus, donatione facta, valedixit. Deinde D. Eppus ad magnum, rarum et nullum in annalibus oppidi par habens exemplum opus misericordiae peragendum semet accinxit, nimirum: sole supremo egenam in nosodochio vita functam mu-

licrem ad proprios sumtus inter solennes ad-
 stantias et confluxum populi infinitum sepe-
 lixit. 26. et 27. c. m. 6000, et quod amplius
 excedit, in fide xna cath. confirmavit et etiam
 Sacramentum Baptis. administravit. Omnia
 domicilia divina sine discrimine religionis
 perlustravit, postrema die Scholarum nat.
 adolescentium progressum in rebus fidei sibi
 cordi sumsit, quibus antemeridianis horis
 pertentatis, amplas donationes contulit. De-
 nique pro coronide a prandio curam habuit
 etiam juvenum in Gymn. Cath. pro spe Pa-
 triae crescentium, quos antequam perten-
 tasset Praesul, Praeses Gymnasii R. P. Leop.
 Cserbay succinctum styli attici sermonem
 ad limen Schol. habuit, quem etiam excepe-
 runt juvent. schol. sincera jam patria, jam
 latina praecipue poemate lyrico auctore P.
 Adolpho Kandl II. Hum. Schol. Prof. apolli-
 nea claro in arte nomine Gymnasii deprom-
 ta animi sensa, quae ut tanto luculentius
 eorum cordibus scripta elucerent, ea in scri-
 ptum relata, et chronosticis etiam aliquot ex-
 ornata Praesuli obtulerunt, examine facto
 atque praemiis, ex aere et libellis precum
 constantibus, distributis, ad Collegium Vi-
 ror. Schol. PP. se humiliavit, perlustrans per-
 lustranda, cum primis Bibliothecam, cujus
 praefectus R. P. Anton. Bálint Magist. Novit.
 pro sua affabilitate Suae Excell. decorum
 ave dixit, quo finito, Sua Excell. exorata,
 suum nomen Annalibus ad perpetuam tan-

tae humilitatis memoriam posteris etiam relinquendam, inseruit. Postea benedictionem paternam Viris relig. et juventuti eorum curae creditae impertivit, et ad domicilium parochiale rediit. Atque sic, dum nobis cunctis oppidi incolis triduo bono Pastore, qui animam suam dat pro ovibus suis, frui licuerat, idcirco in sempiternam hujus tam rarae, et eximiae Rhodiosque Colossos meritaе dignationis memoriam, ut ullo unquam tempore tam gratae praesentiae recordatio oblitteretur, haec quotidie in oppidi privil. Ketskemet. fidelium cordibus inscriptio innovabitur:

NáDasDy VIVat terCentos PraesVL

In annos,

HoC CVnCtl CVpIVnt hICreLIgIone saCra.

Ketskemetino 30. Maji. Omnes nos hujus oppidi privil. incolae vota nostra sincera depromsimus, et sincerissimo animo in aede sacra parochiali precabamur, ut Deus Opt. Max. SS. Caeo-Regiam Majestatem Ferdinandum V. Regem Ap. Hung. Patriae, pietati, literis atque totius regni felicitati quam diutissime servet incolumem, atque hanc inscriptionem cordibus nostris insculptam tenemus:

PLVrIMA FernanDVs qVIntVs ReX
seCVLa Cernat.

Ö r ö m d a l

mellyet

Méltóságos 's Fő Tisztelendő

STANKOVITS JÁNOS

U R N A K

Bosoni V. Püspöknek Váczi Nagy Prépost-
nak 's a' t.

N é v - ü n n e p é r e

nyújt a' Váczi Nevendék Papság.

Mért illy szokatlan lángteli érzetek
Szívünkben? és illy édes öröme mi
Ösztönzi keblünket? 's ki az, ki
Dalra hevit fel erényivel? — hogy
Megénekelnök Őt, ki honunk' jogát
Hűn ápolá, Őt mennyei szent hitünk'
Égszülte védnökét, 's egyéb szép
Lelke' tulajdonit! — És Te vagy O
Édes Hazánknak nagy fia STANKOVITS!
Kíért szívünk olly édes - cpedve ver,
'S kihez dalunk remegve száll, hogy
Nagy, 's koszorús Nevedet dicsitnök.
'S bár zsenge Musánk képtelen írni-le.
'S dicsíteni méltán érdemidet, de ma
Kitörnek édesb érzetink, és
Hálaadónk lefizetni késztnék

Jóvoltodért. — Fél év nem enyésze-le
Miolta a' bölcs Fejdelem érdemid'

Tekintve édes Megyénkbe

Helyze, az elnyugodott helyét hogy
Hú sziveinkben újra betöltenéd.

És eljövél. Tisztán ragyogott nemes

Lelked felettünk, és Magadhoz

Vonza szerény leereszkedésed.

Láttuk, 's csudáltuk lelked erényeit,

'S őszinte kebled szent, igaz érzetit;

És elhagyál; meg újra jöttél.

És lekötéd sziveinket ismét.

Biztos körünkből újra meg eltünél;

Bár mint ohajtánk Drága! körünkbe, el-

Intett dicső rendeltetésed —

A' haza, 's Nemzet igaz javára

Munkálni. Bár a' nemzeti ügy, 's haza

Elhiv; a' multt emléke fog élni; 's ma

Neved' nagy Ünnepen feléd e'

Szívbeli érzeteket rebegjük:

Éljél sokáig Hunnia nagy fia!

A' szép szabadság' védfala, 's bajnoka!

'S hogy azt dicsőül kiküzdnéd

Bátor ezernyi veszélyen áttörsz.

Kettős iparral szüntelen arra vágysz,

Hogy lengjen áldás Hunnia' népein!

Szent béke nyiljon a' Magyarnál,

'S már kiderült ege úgy maradjon.

Éljél Te Isten' szive szerént való

Pap! szent az oltárnál! diszes oszlopa

Hitünknek, és honunknak! árvák

Gyámola! Védnöke! Élj, 's ezentúl

Is, mint valál, légy kegyteli Pártfogónk!

Késérjen áldás fáradozásidért

Óhajtjuk. És pallyádat a' csend',

'S béke' malasztja lebegje által!

*A' Keresztény- Vallás eránti szabadelmű köz-
zömbösségről néhány észrevétel a'
jelen korból.*

(Folytatás.)

A' vallás vala nem csak egyes szemé-
lyeknél, hanem egész nemzeteknél is a' jó-
ra 's nemesre buzdító ösztön, ama' polgári
erőnek forrása, mellyből a' nemzet elvá-
lasztó perczekben az erős ellentállásnak, á-
landó fentartásnak, 's rendithetlen állhata-
tosságnak nagy szellemét meritette. Lát-
hatóvá teszik azt hazánk' történetének több
jelenései, jelesen: áldott emlékü Theresia
kormányának veszélyes kezdeténél, vala-
mint boldogúlt Ferenczünk szomorú hely-
heztetésében, midőn Napoleon Bécset el-
foglalá, őt népeinek igaz atyját tulajdon
lakhelyéből kiűzte 's nemzetünket fényes
reményü felszólítással elszakadásra ösztö-
nözé, leginkább pedig szembetünő az a' Ti-
rol népnek azon bajnoki tettéből, midőn a'
rendithetlen Hoffer vezérlése alatt Franczi-
ciaiaktól függetlenségüket kiküzdötték, 's
Austria eránti hívségüket példátlan eltökélt-

séggel bebizonyították; nem különben a' Spanyol nemzet' viselete ugyan azon hős Napoleon ellen. — Sokáig felejtethlen marad ezen nemzetek' keblében a' kereszténység' szellemétől bé öntetett 's nemes elszántságot bizonyító jelszó: „haljunk meg az igaz ügyért!“

Ezen vallásos népeknek nemes erőlködése, hogy függetlenségüket Napoleon előtt megtarthassák, ezen elszántság, mellyet a' következés jó sikerrel koszorúzott 's koszoruznia kellett, sokkal jelesebb még azon gyengeség' sőt puhaság' ellentétéleiben, mellyet más nemzetek azon időben kitüntettek. A' vallás tehát biztosítja a' nemzetek' szabadságát: midőn híveit a' hatalom eránti engedelmességre tanítja, ellenben a' vallás eránti közömbösség, mellynek végső célja hidegvérű egykedvűség minden eránt, a' mi közvetlenül személyét nem sérti, bizvást előbb utóbb rabszolgasághoz vezet, megsemmítvén az engedelmesség' elvét, 's így a' nemzet szabadsága' ellenségének nézni kell azt, ki a' keresztény vallás eránt közömbös.

A' vallás közbe jött minden társasági szerződéseknél, mint törvényhozó 's ítélő bíró, Neki köszöni szentségét a' házasság, minekutánna a' családi boldogságnak alapját megvetette: azt megszentelte, fel is tudja azt tartani igaz híveinél 's biztosítani az auctoritás 's függékenység bölcs alkuja

